


36
16 E
5

IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS EXPOSITIO

Religiosissimi Regis

MATTHAEI CANTACVZENI

INTERPRETE

VINCENTIO RICCARDO

CLERICO REGVLARI.

CVM NOTIS EIVSDEM.

In queis complures difficiliores Cantici Canticorum sententiæ, è veterum scriptorum monumentis, explicantur, prisci ritus notantur, & inedita eduntur, præsertim Eusebij Cæsarien. in Canticum Canticorum Expositio.

S. Maria de Scala Urbis.





ROMAE.

Ex Typographia Stephani Paulini. MDCXXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

D. VINCENTIVS GILIBERTVS
Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

Expositionem hanc in Canticum Canticorum Matthæi Cantacuzeni Imperatoris græcè, & de græco ex fide latinè expressam, nunc primum in lucem editam, notisque præclaris illustratam opera, & studio R.P.N. Vincentij Riccardi Sacræ Theologiæ, linguarumque professoris, ab eruditis nostræ Congregationis viris approbatam, typis excudi permittimus. Romæ XXI. Septembris MDCXXIV.

D. Vincentius Gilibertus Præp. Gen. C.R.

D. Angelus Maria Secret.

Imprimatur si placet Reuerendiss. P.M. Sacri Palatij Apostolici:

Alexander Episc. Hierac.

Imprimatur. Fr. Andreas Biscionus Reuerendiss. P.Fr. Nicolai Rodulphij Sacri Palatij Apostolici Magistri, Socius.



Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti sit, quàm Clementia. quocumque modo is, & quocumq. iure præpositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse, magnificentiusq. fatebimur, quo in maiori præstabitur potestate. Natura enim commẽta est Regem: quod & ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex APIBVS: quarum Regi amplissimum cubile est, medioque, ac tutissimo loco. Præterea onere vacat, exactor alienorũ operum: & amisso Rege, totum dilabitur examen, nec vmquam plus vnum patiuntur, melioremq. pugna quærunt. Insignis Regi forma est, dissimilisq. ceteris, tum magnitudine, tũ nitore: hoc tamen maximè distinguitur. Iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimę sunt APES, & aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. noluit illum natura nec sęuum esse, nec vltionem magno constaturam petere: telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis Regibus ingens. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores: cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset; & ira cum telo suo frangeretur, nec sępius liceret nocere quàm semel. Errat enim si quis existimat tutum esse ibi Regem, vbi nihil à Rege tutum est. Securitas securitate mutua paciscenda est. Saluum Regem in aperto Clementia pręstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, Amor ciuium. Quid pulchrius est, quàm viuere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Si paululum valetudo titubauerit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuipiam tam pretiosum, quod pro salute Præsidis sui commutatum velit? Omne quod illi contigit, sibi quoque euenire deputet? Quis huic audeat struere aliquod periculum, sub quo Iustitia, Pax, Pudicitia, Securitas, Dignitas florent? sub quo opulenta ciuitas, copia bonorum omnium abundat? Hęc affectari, Hęc imitari decet: Maximum ita haberi, vt optimus simul habeatur.

SANCTISS.

IV

SANCTISS.^MO AC BEATISS.^MO

PATRI NOSTRO

VRBANO VIII.

P. O. M.



VM diu hæsissem B. P. me Sanctitati tuæ coram vtcumque pro viribus assore, quò ad sacra pedum oscula admissum, lætitiæ, gratulationisque officia quà priuatim, quà publicè pro totius meæ Congregationis debito, exequerer ex animo: veritus ne illi, officiosi aulici obsequij, seu verius, temporis intertrimenti, iurè hosti acerrimo, displicerem potius, quàm placerem; venit in mentem Antalcidæ responsum, qui interrogatus, quò quis hominibus placeret maximè, retulit. Εἰ ἥδιστα μὲν αὐτοῖς διαλέγοιτο, ὠφελιμώτατα δὲ προσφέροιτο. Si de quàm iucundis cum eis agat, & vtilissima deferat. Coram adesse distuli, vtpote eloquio iniucundus, aspectu inutilis. Vtrumque verò me præstitisse ratus, si opusculum hoc meum Sanctitati tuæ dicando, euulgassem Orbi: qui, quo tùm græcè, tùm latinè carebat, merito tui acciperet, doctrinam hauriret, difficillimumque perciperet Canticum: & sæculares intelligerent Principes, se etiam in aula, & molesta illa Regni mole, posse sacra ediscere, sacra etiam in bellorum meditari tumultu: inter forenses turbas etiam sacris posse sine perturbatione operam dare litteris. Idque Sanctitati tuæ non iniucundum fore, quæ his plurimùm delectatur studijs; nec antiquitate, cui ingens ex seipsa pondus, maximaque inest auctoritas, quicquam tibi vel sanctius, vel antiquius: quippe qui moribus antiquis, non tam nouitijs gaudes opellis, quàm antiquorum monumentis excitandis, eruendis, excolendis, nouoq; vultu efformandis: ac pristino squalore demisso, nitidam eis, compositamq. indere formam. Hęrebam tamen adhuc, qui nihil pęnè hucusq. tot iam exactis annis edideram in lucem. Themistoclis nihilominus firmatus exemplo, *Plutar. Apopht.*

✝ 3 animum

animum ſumpſi. Ille namque Miltiade inaugurato Imperatore, licèt iamdiu otio langueſcens, deſes ſtertiſſet, & hebes, illicò ſe in virtutis deſcendiſse palæſtram palam profeſſus eſt. Percontantibus autem, quorſum ſic repente inſtitutum mutaſset, & animum; reſpondit:

Plut. Apopht. Οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν, οὐδὲ ῥαθυμεῖν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον. Nec me ſtertentem, aut torpentem Miltiadis ſinit eſſe trophæum. Fateor me hucuſque eruditis omnibus ſtertiſſe viſum, & ſanè feriatum à ſtudijs, non inficior; quamuis haudquaquam ceſſatione operis obtorpuerim: quin & vigil vigilauerim acerrimè, & operoſus aliquid egerim. In præſens tamen cogor vel inuitus, in litterarum palæſtra cadentes tædas ſumere, & ſopitos exſuſcitare ignes, caputque è montium latebris emergere. Cur tandem? Quia me ſtertentem, aut torpentem MAPHAEI non ſinit eſſe trophæum; trophæum, inquam, Sapientiæ, *Vrbanitatis*, Innocentiæ; illius, qui in omnium eſt ore, oculis, animis: quem meritò omnes boni tacita cogitatione eligendum cenſebant: eruditi flagranti ſtudio, votis omnibus exoptabant: cuncti inaugurandum præſagiebant: Orbis vniuerſus ſummi Pontificatus redimitum infulis, ætate, & experientia tantæ moli parem, mirè excepit ex voto. Vnus ego reticerem Vrbe plaudente, & Orbe? An

Plut. Apoph. Lacon. non iurè illud in me Agis intorqueretur effatum: Σὺ ἐὰν σιωπᾷς οὐδενὸς ἄξιος εἶ. Tu ſi taceas nihili eris, nulliuſque rei dignus. vt ipſum ſilentium detortum veniret in crimen: non ſecus ac virtutem nec penderem, nec virtutis præmia agnoſcerem, vel noſci cuperem. Calamo, cùm lingua nequeam, exultabundus præſtò ſum, & gratabundus proclamo: ſcripto, cum voce non liceat, pro viribus honorario hoc munere, grati cordis indice, explicabo animum; ne vnus in omnium gratulatione iucunda latebras, receſſuſque expetijſse videar. Et vt in lætis olim, auguſtiſque triumphis, gratulationis ergò accinebantur carmina; ita ego *Cantica*, licèt non pangam, pandam tamen, illius Pacifici Regis, qui cunctos ſapientia vicit, & à Rege imperiali ſtemmate claro, qui & rexerat Orbem, expoſita: vt Regia planè tibi, qui Regis Regum vices geris in terris, dedantur: & Matthæus MAPHAEO reddatur. Et cui nam, niſi Sanctitati tuæ *Canticorum Cantica*, quæ Eccleſiæ, quam regis, decora præcinunt; Chriſti, cuius Vicarius extas, trophæa pangunt;

Cant. 5.1. Sponſi cuius in ore cum *melle fauus*; Sponſæ, cuius in labijs *fauus*

Cãt. 4.10. diſtillat, cuius in lingua *mel* reſidet, nuptias prædicat, quarum tu Paranymphus es, & auſpex, *mellificaſque* geſtas *Apes*. Cui *Canticorum Cantica*, niſi Præſulum Præſuli, ſummo Pontificum Pontifici?

Cãt. 5.10. Qui communi Patrum ſuffragio *electus ex millibus*; candore animi, ingenuitatiſque rubore *dilectus*, Purpuratorum corda pellexit, flexit,

xit ; traxit . *Cantica* à Pacifico Rege composita , à Cantacuzeno exposita, à me latinè reddita : cui, inquam , iure omni , nisi VRBANO Antistiti? qui & triplices musarum volucres, Poëtarum insignia, gestat in stemmate, & mellificij tempore, Syrio nimirum explendescente Cane, summus renunciatus est Pontifex? eximia vtique eximio, singulariq. Viro, quem vna virtus in amplissimo illo Gloriæ solio statuit, & *Plin. lib. 11. c. 12.*

Dignum tantorum pretium tulit ipse laborum. *Martial. de Apib.*

Triplex illa Corona, triplici iam præsignata *Melissa*, trium est tuarum corona Charitum , tuæ sertum est gloriæ , tuæ diadema virtutis, tuorum laurea meritorum: quæ non tam caput exornat, quàm merita præmia persoluit; non tam verticem redimit, quàm animi virtutem exprimit; non tam frontem vincit, quàm innocentiam publicitus effingit. Triplici ornaris corona, quò ter maximum te fore significetur , trium potissimùm peritia linguarum Hebraicę , Gręcę, Latinę; ter, inquam, Atticam *Apem*, lepore, acumine , candore dicendi: verè Τρισμέγιστον ἑρμῆα, qui Philosophos sapientia, Sacerdotes religione, Reges imperio superas, quiq. sies.

Nunc etiam interpres Diuum Ioue missus ab ipso. *Virg. Aeneid. 4.*

Quò non modò Optimus habearis, vt es planè , verùm etiam ter maximus Sapientia , Innocentia, *Urbanitate* . quæ postrema iure te coronat, ceterarum Virtutum corona, & decus ; quáque suum exornatum Principem, summis exoptat votis Isocrates: vtpote non vulgaris illa, nec peruagata, sed rara, & verè Principe digna, immo quæ Principem effingat, & formet . adeò vt in vernanti illa Romanorum Republica, qua nec vlla vnquam maior , vel sanctior, aut bonis exemplis ditior, in qua de vna dumtaxat certabatur virtute, & virtus iam omnia domuerat; in tanta tamen virtutum copia vna hæc deesset: & ne nomen quidem, ne dum Virtus ipsa *Urbanitatis* nosceretur. Et quamuis nuper nouitium VRBANI nomen acceperis, nomen vtique accepisti purum putum, cum ipsa tibi non deesset *Urbanitas*. *Ad Nicocl.* *Fab. lib. 4. instit. c. 3*

Γλυκεῖα δ᾽ ἐ φρὴν,
Καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν,
Μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον. *Pind. Ode. 6. pyth.*

Nam dulcis tua mens,
Familiarium etiam in conuictu,
Apum superat cancellatum opus .

Nomen vtique quod stemma tui foret, & qui fueris, quiue futurus sies, non qui factus sis, prodat, efferat: Effert sanè summus hic honos,

prius

prius tibi meritò delatus, quàm à te expectatus, rectè factorum comes, virtutis testis, præclarorum facinorum tuorum præstantiã. redijsse iam denunciat Saturnia Regna, felicia tempora, aurea secula; quandoquidem illo sæculo, quod aureũ perhibetur, penès sapientes fuisse Regnum Possidonius iudicat. Et nunc sapiens regnat, regitque Orbem, quò beata sit Christianorum Respublica sapiente sub Pontifice; nam asserit Plato: tunc Respublicas fore beatas, si aut docti, & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent omne suum studium in doctrina, & sapientia collocassent; simulacrum nimirum effingens VRBANI VIII. Cui vtrumq. mirè inest, sapientiæ, doctrinæque decus, instaurator, & auctor: Quis itaq. eum non prędicet, quem merita erexerunt ad gloriam, virtus extulit ad laudem, *Vrbanitas* ad coronam? Quis, inquam, non exultet beatitate iam Orbe donato? Is summam Reipublicę Christianę potestatẽ nactus est, cui in doctrina, in virtute, in humanitate, morumq. sanctitate percipienda plurimùm à pueritia studij fuit, & temporis; cui nihil chariùs, nihil antiquius, quàm virtutes ornare præmijs, splendore, laudibus: Litteras munere, officio, voto promouere; quò eo auctore, & auspice, suo ornatæ decore, vires sumant, colorem, spiritum, sanguinem; ac ita niteant, ita floreant, vt nihil felicitati earum accedere queat, nisi vt perpetua sit. Non immeritò itaq. vnus ipse, beatitatis pręco exurgo, & gratulationis tesseram vtcumq. confero; quippe, quem Sanctitas tua *Vrbanè* nimis exceperit, meamq. Congregationem benignè satis complexus fuerit, iuuerit, asserit, ope, opera, opibus: noster omnium iugiter Patronus, Pater, Custos, Defensor, & Altor. Accipe itaque S.P. ea, qua me semel complexus es læta, hilariq. fronte subcisiuas hasce lucubrationes: quæ etsi nec pro merito sint, vel dignitate; tamẽ vbi eas exceperis, ceu alter Carriensis Alueus, aureas pręclarasq. reddes, patrocinio decorabis, auctoritate ornabis, nomine honestabis. Æquet Deus tuæ vitæ spatia cum ijs bonis, quæ in te summa contulit, & *melleo* delibutus eloquio, Nestoris videas annos. Videas, viuas, vigeas: meque vegeas, foueas, erigas. E nostra domo S. Andreæ de Vrbe IV. Kal. Octobr. MDCXXIV.

Senec. ep. 90.

Cic. ad Q. Fratrem.

Plin. lib. 2. c. 103.

Sanctitatis Tuæ

Humillimus seruus

Vincentius Riccardus Clericus Regularis.

FR. FRANCISCI DONATI ROM. ORDIN.
Præd. S. Theol. ac Oriental. Linguarum Professoris Carmina, in laudem Autoris, & Operis.

AD LECTOREM CARMEN.

לכו נא משכילים ראו ספר תמים
בשם שיר השירים מדבר נכבדות
רעו כי הוא נאה לעיני כל רואה
צבי ויפה מראה מגלה נסתרות
ואיש עם פתרונו מהולל האירו
ולכם הב יאו וסיפר נפלאות
אשר בו רוב חכמה תבונה ובינה
בכל אנשי מטה ונודע בחוצות
שבחיו מי יוכל לספר אינו קל
ותת עלי משקל להשיג אוצרות
צאו נא וקנוהו ושוטו לקטוהו
וטעמו כי טוב הוא ומלא תלפיות
תנו לאל תודת מהולל גם נורא
ושירו לו שירת בקולות הגבוהות
אשר חסדו המה עלי דרי מטה
בתת לפה מבטא וחכמה בטוחות
והכין משכילים לישר מעגלים
לחבר סוד מלים להיטיב כל שיחות
וכל דבר קשת יפרש ספר זה
ותהינה עיני לבבכם נפקחות
ובכן תקחו מתן אשר לכם נתן
בכל לב הנאמן להנחיל נצחיות.

Eiuſdem.
Liber ad Lectorem.

ΟΥ σακέεσσι μέμηνα, μόθων τ' ἀπόστατον ἀγῶνας,
Οὐδ' ἀλέγω Παφίης, γλυκερὸν δ' ἄρα μῆδος ἐτύχθη
Ἀτρεκὴν πραπίδεσσιν ἐμαῖς, ἰδ' ἐτήτυμα πᾶσιν
Οἶδα λέγειν μερόπεσσιν, ὅσα ζεθέαις ἐνὶ δέλτοις
Χεὶρ πότε δημονίη ἐχαράξατο. Τοὔνεκα πρόφρον
Γράμματα τισμακάρεισα μετέρχεο· καὶ γὰρ ἀέξεις
Ὄλβον ἐνὶ ψυχῇ τὸν ἀκήρατον, ἤτοι φέρβων
Τούτοις θεῖον ἔρωτα· ὅθεν μακάρεσσιν ἐΐζων
Σαρκὸς ἀκοιμήτοιο πολύπλοκα δεσμὰ πατήσεις.
Εἰ δὲ βέβηλος ἔφυς ταχινῷ ποδὶ φεῦγε ἀπ' ἐμεῖο.
Οὐ γὰρ ἀλιτρονόοισιν ἐμὲ γλυκὺς ὤπασε μόχθος,
Ἀλλά με ἀχράντοις χερσὶν γέρας ἐγγυαλίζει.

Eiusdem Heroicum Carmen.
Ad Lectorem.

EN tibi quod Salomon diuino numine carmen
Afflatus cecinit, Graio splendore coruscum
Mattheus *retulit, pandens mysteria sacra:*
Vir celebris, toto iamdudum notus in Orbe.
Hoc opus incerta cùm iam sub luce lateret,
Eruit insignis Riccardus, *doctus Achiuum*
Eloquium, Latijs hunc fido carmine musis
Thesaurum dedit, in tenebris vmbrisq. sepultum.
En opus egregium, labor aureus, aureus Autor;
In quo, ceu longus Sophiæ, pietatis & ordo
Fulget, & æthereas sacro de cortice gemmas
Explicat è Græcis, Latiæque examina lingua
Concordi migrare fide facit, vtile dulci
Miscet: vbiq. pios aperit, mysteria, sensus.
Sidus vbiq. nouum veteri in compage refulget.
Huc propera, hunc lector volans, qui mystica nosse
Sensa cupis, variosque sacro de cespite flores.
Carpere, & irriguos Sophiæ potare liquores.
Si quis anhelat aquas, superiq. arcana Tonantis
Felici penetrare via cupit astra sequutus;
Hoc duce difficiles poterit dissoluere nodos,
Hoc duce Diuina penetralia legis adire,
Hoc duce inaccessos cedrorum attingere ramos,
Indeq. secretas, quantum pote, ferre medullas:
Hoc duce verba dare in populum, & discurrere sacras
In cœtu Historias, vatumq. euoluere sortes:
Deniq. & arcanos cœli recludere fontes.
Ergo hoc, Lector, Opus versa, cole nocte dieque,
Quod tibi clauis erit, qua araria sacra patebunt.

Eiusdem Armenicum Carmen.
Ad Lectorem.

Փութացարուք ամենքեան ։
սիրողք բանից իմաստութեան ։
ընդգալարուք զանձ գիտութեան ։
բարի մտուք խոհեմութեան ։։
Երգ երգոցն է Թարգմանեալ ։
Եւ պատմական բանիւք լցեալ ։
գեղեցկապես և յարմարեալ ։
զինչմնացուն փառաւորեալ ։։
Արդ ով կարէ բանիւ ճառել ։
զիմաստութիւն քո նկարել ։
զմեծամեծ խորհուրդս պատմել ։
կամ զայս սուրբ գերբովանդակել ։
Ոչ կարեմ լեզւով պատմել ։
զմեծութիւն գրոցս երգել ։
այլ միայն քանիս ասել ։
Եթեքան զա̄մ միտաէ եւել ։։
Վասն որոյ ես լսեցից ։
քանզի ոչ բաւեմ բառից ։
կատա̄րեալ հմաստութեանց ։
շնորհաւք սուրբ գրոյս իմաստից ։։
Արդ հաւատարիմ ընթերցողք ։
զերգս հմաստութեամբք ընդգալցու
տիւ և գիշեր ընթերցուք ։
քանզի հոգով ուսանիցուք ։
Պարգեւ եացն ա̄յփառս տացուք ։
Եւ ա̄յ գոհացարուք ։։

ամեն ։

In operis Interpretem Anagramma.

F. B. L. I.

VINCENTIVS RICCARDVS

VNI DE CANTICIS CVRRVS.

Ode Tricolos tetrastrophos.

C*Astis superna mentis amoribus,*
Quærentis almi pectoris osculum,
Struxere sponsales triumphos,
Tres vario populi apparatu.
Hebræa cursu pegaseo dedit
Gens Coniugatis, *alipedes equos,*
Queis fretus arcanas Olympi
Rex Sapiens penetrabat aulas.
Matthæus *alter, Graiugenum decus,*
Sortis subactis multiiuga rotas
Bigis dicauit copulandas,
Sponsa quibus peragraret Orbem.
Sed nec rotarum par, neque cornipes,
Desiderata dant numeros rei;
Timo requiretur, vel axis,
Qui pueros subeat canentes.
At ecce amœna Parthenopes *amor.*
Addens Latinis *munera vocibus*
Riccardus, *extremam labori*
Applicat, arte fauente, dextram.
Nempe vnus altis dignus honoribus
Fessum, & beato carmine prosequi:
De Canticis *huic* Currus vni;
Arbitrium dedit ipse Coniux.
Vides vt, illo sub duce, personent,
Perculsa latis sidera plausibus:
Vt Roma *Sponsa non suetos*
Hauriat aure patente cantus.
Te terra faustio parturijt die,
Riccarde, *tali qui superum modo*
Sponsorum adornasti triumphos;
Namq. simul thalamos inibis.

Ad Lectorem Phaleucium.

T*Antò charior æstimanda merces,*
Quantò pulchriùs exhibet laboris
Insignem archetypum; aut requirit vsus
Humani generis, remotiori
Quod cœlo dubia vehunt carina.
En, lector, tibi regia quietis
Immortale decus, sacros furores
Mentis, quæ patrio trahens Olympo
Succos ambrosiæ suauitatis
Argiuis dederat notis legendos,
Pignus nobile gentibus remotis
Riccardi *labor inuidens, subegit*
Formidanda vagi pericla ponti;
Et portus ratibus tenens secundos,
Gentis tradidit vsibus latinæ.
Ergo Cantica *dum manu reuoluis,*
Et fructus animo capis suaues;
Tanta plaudito liberalitati:
Autorem & medijs foue medullis;
Dum maiora debinc datis sequantur.

Ad Autorem.

M*Ortua est Latijs animaris* Cãtica; *quidni*
Te latijs animent cantica nostra modis?

De vtroq. operis Autore Epigram.

D*Eserit abreptos sceptri* Matthæus *bonores,*
Promit vbi, Imperio *quãta pericla, pater.*
Priuataq. domi traducens otia vitæ.
Mystica Cæropia *Cantica voce sonat.*
Mira loquor: dum sceptra fugit, duplicata sequuntur
Sceptra virum, & duplici conditione beant.
Virtutum Empyreo *meritis ouat altus Olympo:*
Attica dulcisona regna dedere manus:
Hic tandem, amborum quò dextra applauderet Orbis;
Riccardus *dextra sceptra latina dedit.*

Ad Lectorem.

S*Emisepulta graui torpebant sacra veterno*
Cantica, depositi nobile regis opus:
Iactura impatiens tanta Vincentius, *aurem*
Vellit, & è tenebris lucis in astra vocat
Primigena gratare legens, gratare secundi
Obsequijs, gemina volue, reuolue manu:
Graia tenes? Graia hic aderunt duo lumina linguæ
Sin minus, in Latijs gratia maior erit.

Ad eundem.

C*Antica dum* Sapiens, *animo instillantibus astris,*
Scripta manu, Hebræo concinit ore prior:
Dũ Graio ornamẽta dedit Matthæus, *& auxit:*
Nescit, ais, tales plurima turba modos.
Ne metue; occiduum, viden', vt Riccardus *in Orbem*
Sponte vocans, nostro fecerit ore loqui?

Ad Autorem.

C*Antica, quæ antiquis* Graiorum *abscondita cartis.*
Dum, Riccarde, *canens, esse latina facis;*
Tantum Roma *tibi, tantum tibi* Romula *tellus*
Debebunt, quantùm cantica lecta valent.
Cantica lecta valent animas inducere cœlo;
Ergo tibi cœlum debet vtrumque genus.

MATTHAEI CANTACVZENI

GENVS, VITA, MORES.



ATTHAEVS veteri illustri CANTACVZENORVM stirpe ortus: primogenitus Ioannis Cantacuzeni Imperatoris, qui studio eloquentiæ, ac sapientiæ notus erat abundè, & Irenes Andronici Asanici viri clarissimi filiæ: germanus frater vxoris Ioannis Palęologi Imperatoris: genere clarus, virtute, & bello clarior, liberalibus institutus disciplinis, sacris eruditus litteris, per omnem honestatis cultum, pueritam adolescentiamq. transegit. Prima iuuenta sublimis, & erecti ingenij specimen dedit. prælio strenuus, consilio spectatus; vt pater eius in grauioribus deliberationibus, eius sententiam pronis nedum exciperet auribus, sed expectaret etiam: nec eo inconsulto ageret quicquam, vel designaret. Prima adhuc iuuenili face Thraciam expugnat, Hieracem debellat, Persas vincit, Morrhæ, Rhodopes, Gratianopolis, Chalcidicis vrbium Præfectus, Romanarumque copiarum Dux efficitur. Tres primarios, eosque acerrimos hostes, continenter in eadem pugna, sua manu interemit. Irenem Demetrij Despotæ filiam, neptem Andronici Palęologi Senioris Imperatoris, splendidis adeò natalibus ortam, sibi matrimonio iungit: Ex ea duos suscipit filios, Ioannem, & Demetrium. Pater verò eius, qui Helenam filiam Ioanni Palęologo iam dederat in vxorem, eumque, cunctis reluctantibus, sui Imperij succelsorem designarat ex tempore; cum Matthæi domi, militiæque præclarè se gerentis virtutes, indolem, facinora, relatas victorias, congestosque triumphos spectasset in dies: Ducum etiam, procerumque omnium iterata prece adactus; mutato consilio, eum, cui iam pridem hæreditario, potioriq. debebatur iure, Imperatorem designat, renuntiat, creat. qui summo omnium plausu exceptus, à Philotheo Patriarcha solemni cum vxore pompa coronatur: salutatur à populo, cunctisque mirè gestientibus Imperium capit, & gerit. Ea re à Ioanne Palęologo durè accepta, indignabundus, & atrox in Matthæum insurgit, non obscuris, vt antea artibus, sed palàm vi, ferro, armis: eique acre bellum indicit, gerit, infert; quò non modò Imperium, verùm etiam ipsam, si posset, adimeret vitam. Cum autem suos vt liberaret ciues, fortiter, sed infelici Marte pugnaret Matthæus, ab ipsis ciuibus ad defectionem iam sollicitatis, vafro relictus astu, dolo malo obsessus, debellatus, captus, subactus, fractusque, sæua custodia detinetur: leui malaque fide, ac nefanda periurij arte plagiarij Boichnæ vinctus, Palęologo traditur: probrosa premitur clade: fame, ferroque vexatur: minis, cruciatibus intentatis, effossione etiam oculorum denunciata, torquetur: nec sine aperto, certoque discrimine vitæ; quam abstulisset vtique ex animo Palęologus Ioannes, nisi populi turbas, defectionem Imperij, sæuitiæ ingentis labem, nominis delationem, nefarij sceleris notam extimuisset; neuè cruentę fraterni sanguinis manus, vindex sua ipsius foret vxor. Matthęus verò, vt erat strenuus, & acer, vincta forti, constantique perferebat animo. Verùm pater eius id ęgrè ferens, multis agit apud Palęologum Ioannem sanguinis coniunctione, officijs, beneficijsque deuinctum, ne in Cognatum sęuiret. cuius fatigatus precibus, verbis flexus, & auctoritate placatus, tandem Matthęum libertate donat: eadumtaxat lege, vt honore licet secundus ab Imperatore, Imperij tamen insignia num-

quam

Ioan. Cantacuzen. lib. 2 cap. 38. hist. Protou. st. lib. 1. hist. cap. 13.

Ioan. Cantac. lib. 3. cap. 94.

lib. 2. c. 38.

lib. 4. c. 35.

lib. 4. c. 44.

quam deferat vlla: munus, nomenq. Imperatoris respuat prorsus, & abnuat: Imperio cedat omnino. Quæ cum durius ipso carcere, immò morte ipsa, acciperet Mattheus, vt pote non ex eius dignitate: quippè qui ignominiam non ærumnas æstimaret: & emori potius exoptaret, quàm alieni fastus ludibrium, sine dignitate, sine auctoritate per summum dedecus, ingloriam ducere vitam. Patrem affatur: vt expendat, obtestatur, & orat; in se quoque eius ignominiæ partem redundare: quàm grauis foret casus, ex Imperatore priuatum fieri: quantiq. eum, qui imperata ceteris daret, & iura; æquo, pariq. cum ceteris iure viuere: & Imperij stemmata, decus, munia, nomen extemplò raptim deponere: repentè è solio ad aliena proruere genua. Qui fieri vnquam poterit, vt summo cum imperio Rex, genere, fama, auctoritate, copijs potens, plurimùmq. pollens in Orbe; nunc deformatus ærumnis, priuatus, inglorius, inops, alienas opes, & operas precariò expectet, impetret? pareat, qui terræ, mariq. imperabat? Sub imperium Generis filius cadat, & ad eius se deijciat pedes, is, à quo vt staret ille habuit? Prima ab infantia summa libertate in domo regnatrice educatus, & altus; prouecta iam ætate in domo seruili, acerbissimo seruitutis iugo assumpto, degat obscurus? Non fero, non feram: Libet potius effossis oculis in carcerem trudi, ferris deuinciri, ærumnis confici, & Imperij iura, nomenq. retinere: quàm solutum, & liberum alterius imperata facere. Detinear Cognati inuido, flagitiosoq. libitu, modò vtcumq etiam nomine tenus, imperem; cum ipsum dumtaxat nudum imperij nomen, licèt vmbratile, gloriosum tamen sit & expetendum. Ferrum vitam, non iura adimit. vis, imperare non imperium aufert. velit nolit Ioannes, Imperator ero, licèt non imperem. At Pater sollicitus, & anxius, qui experiendo didicerat, quàm graue, arduum, casibusq. subiectum foret regendi cuncta onus: & futile imperij nomen: verumq. illud, sibi imperare: quiq. Imperium iam sponte respuerat, filij animum multis conabatur auertere, vt tempori cederet: Imperij iura daret, quæ, vel inuitus tandem daturus esset aliquando; eò vel maximè, cum impar si recepisset, tutus si recusasset, foret. Et hisce eum verbis vrget, premit: LICET id graue nimis, fili, in præsens tibi sit: tamē nihil tam acerbum est, in quo non æquus animus solatium inueniat. Possunt & dura molliri, & angusta laxari: & grauia ipsa scitè ferendo, minus premere. Quid suspectum semper, inuisumq. affectas Imperium? quid lubrico insistis, incerto fidis, fallaci inseruis? quæ excelsa videntur prærupta sunt. Felicitas ipsa caduca est, & vaga, quæ sine causa sæpè fluit, & sine ratione defluit, & qua accipitur facilitate, eadem & eripitur. quæ non tibi, sed alijs diutina seruitute, alienis vinctus ærumnis, viuere facit. Sanguinem, spiritumq. ingratijs pro his, gratuitò impendas, quos regis necesse est. Si rectè munus tuum obieris, labores, ærumnas, simultates, turbas, querimonias, molestias: sin minus animæ detrimenta, incommoda, damna. Quid aliud Imperium est, quàm sollicita alienæ salutis, vitęq. cura, suę impendium: seruitus specioso nomine obtecta? Ex quo teipsum terrarum Orbi dedicaueris, tibi eripies, & siderum modo, quę irrequieta semper cursus suos in aliorum, non sui emolumentum explicant, vitę conficies cursum. Nunquam tibi integrum erit, nec subsistere, nec quicquam tuum facere: non licebit ad commoda, & studia tua, non ad quęstus tuos respicere. Semper vestibulum obsidens turba, fatigat animum, quę non te, sed tua quęrit; semper obstrepens, semper obloquens, & nunquam contenta. quę non inseruit, nec obsequitur, nisi cum plurimùm sperat. Multa tibi per id non licent temporis, quę humillimis, & in angulo iacentibus liberè licent, nec magis quam soli latere continget. Multa contra te lux erit, omnium in te conuersi oculi. occultum enim nihil esse sinit populus, latebrasque per omnes intrat, cunctosq. angustos explorat recessus. Nec loqui poteris, nisi vocem tuam, quę vbiq. sunt gentes excipiant; liberè quam in partem voluerint accipiant, trahant. Cum labore possidetur, cum inuidia conspicitur, cum molestia regitur Imperium: onerat eos ipsos, quos ornat: plus minatur, & obest, quàm largiatur, & prosit. Ira torquet, suspicio lacessit, anxietas premit, metus sollicitat, inimica sem-

Ioan. Cantacuzen. lib. 4. hist. cap. 47.

Ioan. Cantac. lib. 3. cap. 94.

per

per proceribus inuidia consectatur, insidię parantur, & latent: & quamuis rectè imperes, multos tamen indignari, & animum saltem cum acta nequeant, carpere necesse est. Omnis culpa in Principem reijcitur. Ciui priuato nemo iniuriam facit, nisi prius iniuriam acceperit; at Principi gratis. Regnum non modò hostes, verùm ipsos etiam amicos, & necessarios timet; idemque pariter sine custodia, & à custodibus timor. Quanto felicior ille, qui nihil vlli debet, nisi cui facillimè negat, sibi? quanto felicior priuatus, sine custodia securus, sine tutamine tutus? qui sibi viuit, & cui prodire, ac recedere, & mutare habitum sine sensu publico datur: cui tempus inseruit, non ipse tempori: cui sentire, & agere quę velit, & quę sentiat, & cupiat dicere, & facere, sine censore, & teste ius est pro libitu? Hisce non minus quàm Patris auctoritate victus Matthęus, respondit: IMPERA quiduis, non negabo, nec cunctabor. Imperium tuo me vetas retinere imperio, vrges exemplo, auctoritate cogis; deponam. pluris omni Imperio tua puto imperata exequi, quo iubente nihil mihi durum, nihil graue: cedam, non vt me reliquisse, sed te imperasse videar. Patri itaque paret, vim suam temperat, ardoremque excelsæ, magnæq. gloriæ compescit, peritus obsequi, eruditusq. vtilia miscere honestis. Patre cum vxore Monachi habitu suscepto, Matthæus priuati vitam non fictam, ostentationique paratam transigit: sed suæ respondentem virtuti, frugi, & honestissimam: in priuato etiam lare magnum explicans animum. Et ne vllum aliud daret argumentum se diù vixisse, præter ætatem; multa suæ eruditionis monumenta reliquit, pręsertim in Canticum canticorum, & in Sapientiam Salomonis Commentaria præclara: ac Monita quędam salutaria. Scriptis, exemplo, animo imperans, Orbi vniuerso magis quàm Imperio, vtilis. Virtus enim animi in quocumque habitu est, & prodest semper, & proderit multùm. Floruit Anno Domini MCCCL.

Ioan. Cantacuzen. lib. 4. hist. cap. 49.

TETRASTICON.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΟΣ ΗΡΩΟΙ ΒΑΣΙΛΗΟΣ

ΤΥΙΚΟΜΟΥ ΣΟΦΙΑΣ ΕΡΑΤΕΙΝΗΣ ΕΞΟΧΟΝ ΕΡΓΟΣ.

ΟΣ ΡΑ ΝΟΟΝ ΚΡΥΠΤΩΝ ΑΙΔΩΝ ΣΟΛΟΜΩΝΟΣ ΕΦΗΝΕΝ,

ΕΥΦΡΑΔΙΗΝ ΕΠΕΩΝ ΑΣΚΗΣΑΣ ΣΤΗΘΕΣΙΝ ΟΙΣΙΝ.

MATTHAEI insignis, Regisque insigne gerentis
Sublimis Sophiæ cultricis nobile germen.
Qui Cantum abstrusum Salomonis, sensaque pandit,
Carminis expromens candorem pectore docto.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΑΣΜΑΤΟΣ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ ΕΞΗΓΗΣΙΝ

τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ.

PROOEMIVM

Religiosissimi Regis

MATTHAEI CANTACVZENI


In Expositionem

CANTICI CANTICORVM SALOMONIS.


Interprete

VINCENTIO RICCARDO

Clerico Regulari.



ΟΥ πάνυ μοι δοκεῖ τυγχάνειν ὑγιὲς εἶναι ἐπὶ πράγμασι λογίων, οὕτω τὴν διάνοιαν ὑψηλοῖς, ὡς φάναι σχεδὸν τοῖς ἀῤῥήτοις ἐοικότα, σπουδήν τινα τολμᾶν ποιεῖσθαι. ἃ γὰρ, ὡς ἐρωτικοῖς δῆθεν συνεκάλυψεν ᾄσμασιν, καὶ ἐν ἀσαφέσι τὸ παράπαν εἴρηκε ῥήμασιν ὁ μαρτυρηθεὶς παρὰ θεοῦ σοφώτερος εἶναι τυγχάνειν πάντων ἀνθρώπων, πῶς αὖτις δύναιτο περὶ τούτων ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, φθέγγεσθαι; ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ, ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, καὶ δύναμις, ὁ συνανάρχος λόγος τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ὅλον ἀναλαβὼν, ἐνετείλατο πᾶσι λόγον διδόναι κατὰ τὸ μέτρον τῆς δοθείσης παρ᾽ αὐτοῦ δυνάμεως, ὑπὲρ ὧν αὖτις ἔροιτο· ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς τεθαῤῥηκότες, καὶ ὅ φησι Παῦλος



NON admodum mihi sani hominis esse videtur, temerario ausu studiũ aliquod in vatum interpretandis effatis, impẽdere; quorum adeo abstrusa sunt sensa, vt arcanis ferè simillima sint. quæ enim sub inuolucro nimirum amantium contexit Cantionum, & obscuris omnino protulit verbis, is cui, Deo teste, omnibus contigit hominibus fore sapientiorem: 3. Reg. 4. 31. quonam pacto os suum quispiam ad ea explicanda poterit aperire? Verum enim vero cũ Dei sapientia, ac virtus, coæternum scilicet Patris Verbum, eiq; coæquale, propter nostram salutem tota nostra humanitate assumpta, factũ homo; mãdauerit cunctis, pro accepta ab eo virtutis mensura, rationẽ reddere de quibusuis eos quispiam interrogasset; ea nos sanè virtute freti; *in captiuitatem* etiam,

vt Pau-

2. Cor. 10. 5. vt Paulus ait, *redigentes om̃ intellectũ in obsequiũ Christi*: implicitã oraculorũ cõtemplationẽ, sermonibus hisce, quoad fieri poterit, explicabimus. Quod si sapiẽtis huius aperuero sententiã, eiusq. oraculorũ sensa fuero assecutus: ipsi Deo habenda erit gratia, qui sapientiam cunctis præbet hominibus: ac non præmeditari præcipit, quę interrogati respondeant. Luc. 21. cap. 14. Sin secus, longe ab eius mente, quas nos attigimus, cõtẽplationes fore, sapiens aduerterit: & ipsius sapiẽtia, ac prædictione indignã planè protulisse contemplationem: sit in nos quæso, qui ignorantes peccauimus, indulgẽs is, qui sua humanitate erratis ignoscit nostris. cum ipse pręsertim Propheta, ac sapiens, nos planè compulerit. nec enim gloriæ cupiditate tenti, hæc aggredi tentauimus: sed puris, syncerisq. cogitatis, horũ dumtaxat amore oraculorũ cõpulsi. quibus, cum non secus ac lebeti cõtigerit, qui dũ frigida plenus aqua, ingenti igne torretur, acri vi spiritus, quæ in se cõtegebat, emittere cogitur; animi nostri sensa egerẽdo, explicare cogimur. Quocirca nemo nos inscitiæ, vel temeritatis arguat, qui hæc ipsa ausi simus: sed nostro potius ignoscat conatui, & Deum nobis omnium conscium, propitium reddat. qui enim tyrannica amoris vi premitur, concito, præcipitiq. fertur impulsu. Cæterum probet Deus, benigneq. accipiat, quod pro viribus efficimus, & noster hic labor faustè, feliciterq. cedat, Deo gratus, & acceptus.

Παῦλος αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, τὴν τῶν λογίων, ὡς οἷόν τε συνεπτυγμένην τοῖς λόγοις ἀναπτύξαιμεν θεωρίαν. εἰ μὲν οὖν κατὰ τὴν τοῦ σοφοῦ ἔννοιαν, καὶ ὡς ἂν αὐτὸς προπεφήτευκε· χάρις τῷ χορηγοῦντι σοφίαν πᾶσιν ἀνθρώποις θεῷ· καὶ μηδ' ἂν προμελετᾶν ἅπερ ἐρωτώμενοι φθέγξαιντο προστάττοντι, εἰ δὲ ὑψηλότερα, ὧν ἡμεῖς ἁπτόμεθα θεωριῶν, ὁ σοφὸς διανενόηται· οὐδὲ οὕτω παντάπασι τῆς ἐκείνου σοφίας ὁμοῦ καὶ προφητείας, ἀπρεπῆ τινα τὴν θεωρίαν προὐθέμεθα. ἵλεως δ' ἂν ἡμῖν εἴη ὢν καὶ τυχὸν ἠγνοηκότες διημαρτομένοις ὁ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος ἐπὶ τοῖς ἡμῶν ἀγνοήμασιν· αὐτοῦ τοῦ σοφοῦ καὶ προφήτου πρὸ πάντων ἡμῖν καὶ διὰ πάντων συνηναγκασμένου, οὐδὲ γὰρ φιλοτιμίας ἕνεκα ταῦτα τετολμήκαμεν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς καρδίας ἀθολώτοις λογισμοῖς, τὸν τῶν λογίων κατέχουσιν ἔρωτα· οἷον τις λέβης ὕδατος ὑπερπλήρης τυγχάνων ψυχροῦ, πυρός τε τετυχηκὼς σφοδροῦ, ἀναγκάζεται τὰ ἔνδον ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκκενοῦν βίας· ἐν ἡμῖν οὕτω γινόμενος, τοὺς ἐν τῇ ψυχῇ λόγους ἔξω προάγειν βιάζεται. τοιγάρτοι, καὶ μηδεὶς ἡμῖν εὐήθειαν, ἢ προπέτειαν τοῖς τετολμημένοις ἐγκαλείτω· συγγινωσκέτω δὲ μᾶλλον τῆς ἐγχειρήσεως, καὶ θεὸν τὸν ἡμῶν τοῦ παντὸς ἔργου συνίστορα παραγέτω· Τυραννὶς γὰρ ἔρωτος τάχ' ἂν καὶ κατὰ κρημνοῦ τὸν κεκρατημένον ὠθεῖ. πλὴν καὶ θεῷ φίλον τὸ κατὰ δύναμιν, καὶ τὸ ἐν ἡμῖν πάθος μακαριστὸν ὁμοῦ καὶ φιλόθεον.

CANTICVM CANTICORVM

Quod est Salomoni.

CAP. I.

VVLG. Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino.

1. *Osculetur me ex osculis suis: bona vbera tua super vinum.*

SCHOLIA.



Alomonis nomen Hebræo sermone, Pacificum significat. Quocirca Dauidis quoq. filius Salomon Spiritu sancto plenus, de pacifico Christo prædixit, eumque Salomonem appellauit, dicens,

Canti-


ΑΣΜΑ ΑΣΜΑΤΩΝ

Ὅ ἐστι τῷ Σαλομών.

ΚΕΦΑΛ. α.

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων αὐτοῦ· ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον.

ΣΧΟΛΙΑ.



Η͂Ι ἑβραΐδι διαλέκτῳ, τὸν εἰρηνικὸν, ἡ τοῦ Σαλομῶνος σημαίνει φωνή. ταύτῃ καὶ ὁ τοῦ Δαβὶδ παῖς Σολομὼν, πνεύματος ἁγίου πληθεὶς, περὶ τοῦ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ προηγόρευσε, καὶ Σολομῶνα τοῦτον ἐκάλεσεν, εἰπών·

ᾆσμα

ᾆσμα ᾀσμάτων, ὅ ἐστι τοῦ σολομῶν· τέλεσις τῶν ἡμετέρων ὕμνων, τὸν ἐξαίρετον, καὶ ὑπερέχοντα ὕμνον, ἀναγετέον ἐστὶ τοῦ εἰρηνικῷ χριστῷ. ᾆσμα γὰρ ᾀσμάτων, ὁ καθ' ὑπεροχὴν πρὸς θεὸν ὕμνος ἐστιν· ἐπεὶ δὲ περὶ θείων πραγμάτων ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ λόγου δύναμιν ἐπεκαλέσατο, λέγων· φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ. ἔθος γάρ ἐστι τοῖς προφήταις συμβολικῶς τὰ μέλλοντα πειρᾶσθαι κηρύττειν. βουλόμενος οὖν τὸν θεοῦ λόγον εἰπεῖν, τὸ στόμα παρήνεγκεν ἀνθρωποπρεπῶς, τὸ ἀσθενὲς ἐπανάγων τῆς ἡμετέρας αἰσθήσεως, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ σοφιστικὴν ἐξεζήτησε δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν. ὁ γὰρ ἀσπασμὸς ἐνέργεια καὶ δύναμις χειλέων ἐστίν. ἐπεὶ δὲ ταύτης μετέλαβε, περὶ τῶν ἐκκλησιῶν προηγόρευσε· ἀγαθοὶ μασοί σου ὑπὲρ οἶνον. μασοὺς καὶ γάλα εἰπὼν, τοὺς ἀρτιγενεῖς εἰς τὴν εὐσέβειαν τὴν νέαν ταύτην σιὼν, τὰ τοῦ θεοῦ τέκνα ἐσήμανεν, οὓς καὶ ἀγαθωτέρους τῆς παλαιᾶς τῶν ἑβραίων ἐκκλησίας ὑπέθετο· ὑπὲρ οἶνον δὲ ἐπαγαγὼν, τὸν ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος καρπὸν ἐδήλωσεν. ἀμπελὼν δὲ δὲ ἡ τῶν ἑβραίων καλεῖται συναγωγή.

Canticum Canticorum, quod est Salomoni. hoc est, eximius, ac ceteris nostrorũ hymnorum præstantior hymnus, pacifico dicandus est Christo. *Canticum* enim *Canticorum* eximius est, ac præstans Deo dictus hymnus, qui ceteros exsuperat. Cum autem is de rebus diuinis sermonem faceret, vnigeniti Verbi Dei virtutem inuocauit, dicens: *Osculetur me ex osculis oris sui.* Prophetæ namque figuris, vt eorum mos est, futura conantur exprimere. cum itaque Dei Verbum verbis vellet exprimere, os protulit hominis, quò infirmitatem nostrę instauraret imbecillitatis: & à seipso argutam, sapientemque exquisiuit efficientem vim, ac facultatem; siquidem osculatio, effectus, actusque est, ac labiorum facultas, quam sanè vbi asequutus est, de Ecclesijs prædixit: *Bona vbera tua super vinum. Vbera,* & lac efferens, nuper ad religionem genitos, nouam hanc Sion, Dei nimirum filios, significauit; quos & meliores fore, quam antiqua Hebreorum Ecclesia, statuit. *Super vinum* addens, vineę ostendit fructum. vinea autem Synagoga vocatur Hebręorum.

ΑΣΜΑ.

Καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

CANT.

Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

VVLG. Fragantia vnguentis optimis.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὀσμῆς μύρου μνησθεὶς, καὶ τὸν κεχρισμένον ἐδήλωσε. πάντες γὰρ οἱ τοῦ νόμου βασιλεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως ἠξιοῦντο. ὁ δὲ τῆς δόξης βασιλεὺς καὶ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἀρχιερεὺς γεγονὼς, καὶ ἑαυτὸν εἰς θάνατον ὑπὲρ ὑμῶν δοὺς χριστὸς, οὐκ ἐκ τοῦ φακοῦ τοῦ ἐλαίου τὸ χρίσμα ἐδέξατο· ἀλλὰ τὰ πάντα διὰ τὴν ἡμετέραν ἐκπληρῶν σωτηρίαν, βαπτιζόμενος τῷ παναγίῳ κέχρισο πνεύματι ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦτο δεχόμενος, συμμαρτυρούσης τῆς φωνῆς ἄνωθεν. ὥσπερ καὶ ἐν βιβλίῳ ψαλμῶν γέγραπται· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ μετ' αὐτὸν Ἡσαΐας βοᾷ, λέγων· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. καὶ ὀσμὴ μὲν ἡ καθαρωτέρα καὶ νοερὰ τῶν μύρων ἐστὶ δύναμις. εἰπὼν οὖν, ὅτι ὀσμὴ μύρου

SCHOLIA.

De vnguenti odore mentionẽ faciẽs, eum qui vngento erat oblitus, expressit. omnes. n. legales tum Reges, tum Pontifices olei fuerũt vnctione decorati. At Rex glorię Christus, qui propter peccata nostra factus est Pontifex, & seipsum pro nobis tradidit in mortem, non ex olei lenticula vnctionem recepit: sed omnia propter nostram explens salutem, baptizatus, sacrosancto vnctus est spiritu in specie columbę, eo à Deo, & patre suscepto; cælestiq. vocis testimonio comprobatus, quemadmodum & in libro Psalmorum scriptum est: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ participibus tuis.* & post eum clamat Esaias dicens: *Spiritus Domini super me, cuius causa vnxit me.* & *Odor* quidem purissima, spiritalis, & à fęce separata, *vnguentorũ*, est virtus. quum itaque dixit, *odor*

Mat. 3. d.

Psal. 44.

Esa. 61. a. 1.

vnguenti tui melior est, quàm omnia aromata, sacrosancti Spiritus virtutem demonstrauit cunctis meliorem esse virtutibus. Non enim quemadmodum in reliquos Pontifices ita & in hunc secundum ordinem Melchisedech pro nobis Pontificem, magnamque victimam, Christum, vnguentum effusum est: sed Spiritus sanctus ad ipsum de cælo descendens, totius in eo vnctionis vice, suffectus est.

μύρου σου ἀγαθώτερά ἐστιν ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα· τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος δύναμιν ἀγαθωτέραν ἀπέδειξε πασῶν τῶν δυνάμεων. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀρχιερέων τὸ μύρον ἐκέχυτο, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ὑπὲρ ἡμῶν ἀρχιερέα, τὸ μέγα θῦμα χριστόν· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰν, ἀντὶ πάσης ἤρκεσεν αὐτῷ χρίσεως.

CANT.

VVLG. Oleū effusum nomen tuum; ideo adolescentulę dilexerunt te. Trahe me post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

2. *Vnguentū effusū nomen tuū. ideo adolescentulæ dilexerunt te.* 3. *Traxerunt te: post te, in odorem vnguenti tui curremus.*

ΑΣΜΑ.

Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. Εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου, εἰς ὀσμὴν μύρου σου δραμοῦμεν.

SCHOLIA.

CVm multi forent vncti, solus meus Christus vncti excepit vocabulū, idcirco & nomen eius est, *Vnguentū effusū.* quod nimirum vbiq. redundet, & omnia sua repleat diuinitate. At quiā virgines, nimirum quotquot purgati sunt animi, *Ipsum dilexerunt*; De illis dicit: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Liquet enim icidem esse virginem, & adolescentulam, ex eo quod in Deuteronomio scriptum est: *Si quis perstuprauerit adolescentulam, persoluet patri adolescentulæ septuaginta drachmas argenti. Et quæ dilexerunt eū traxerunt te. Post ipsū*: videlicet, secutæ sunt eum; quædam consummatione martyri: quædam vero laboriosa, iugique religiosa exercitatione vitæ: dicit enim, *Traxerunt te: post te, in odorē vnguenti tui curremus.* hoc est, in virtute spiritus tui perfectę reddemur. Enunciatiuus namq. sermo est, meo quidem iudicio, tamquam a virgineis vtique prolatus, animis.

Deut. 22.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πολλῶν ὄντων τῶν κεχρισμένων, μόνος ὁ ἐμὸς χριστὸς τὴν κλῆσιν ἐδέξατο, διὰ τοῦτο καὶ ὄνομα αὐτοῦ, μύρον ἐστὶν ἐκκενούμενον, ἤτοι πανταχοῦ ὑπερπληρούμενον, καὶ πάντα πληροῦν τῇ ἑαυτοῦ θειότητι· ἀλλὰ καὶ τῶν παρθένων, ὅσαι καθαραὶ ψυχαί, τοῦτον ἠγάπησαν. περὶ αὐτῶν φησί, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. ταυτὸν γὰρ ἐστι φαίνεται παρθένον, καὶ νεάνιδα, καθὼς καὶ ἐν δευτερονομίῳ γέγραπται· ἐάν τις βιασθεὶς κοιμηθῇ μετὰ νεάνιδος, ἀποδότω τῷ πατρὶ τῆς νεάνιδος ἑβδομήκοντα δίδραχμα ἀργυρίου· αἱ ἀγαπήσασαι αὐτὸν εἵλκυσάν σε· ὀπίσω αὐτοῦ, ἤγουν ἠκολούθησαν αὐτῷ, αἱ μὲν διὰ μαρτυρίου τελειωθεῖσαι, αἱ δὲ διὰ ἐπιπόνου καὶ συντονωτέρας ἀσκήσεως. φησὶ γάρ, εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου, εἰς ὀσμὴν μύρου σου δραμοῦμεν· τουτέστιν, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματός σου τελειωθησόμεθα. ἀποφαντικὸς γὰρ ὁ λόγος, κατ᾽ ἐμοῦ κρίσιν, ὡς ἀπὸ τῶν παρθένων ψυχῶν δηλονότι, λεγόμενος.

CANT.

VVLG. Introduxit me rex in cellaria sua exultabimus & lætabimur in te.

Introduxit me Rex in promptuarium suum, exultabimus, & lætabimur in te.

ΑΣΜΑ.

Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί.

SCHOLIA.

INcerta videlicet, *& occulta sapientiæ suæ manifestauit mihi.* De seipso enim hoc dixit Salomon filius Dauid. ea namq. optimè pernoscens, nobisq. impertiens ad salutem, tamquā omniū nomine exultabundus, hymnis Dominum celebrat: dicit.n. *Exultabimus & lætabimur in te.*

Ps. 50.

ΣΧΟΛΙΑ.

Δηλοῖ τὰ ἄδηλα, καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας αὐτοῦ ἐδήλωσέ μοι· περὶ ἑαυτοῦ γὰρ τοῦτο ὁ τοῦ δαβὶδ εἴρηκε σολομών· γνοὺς δὲ ταῦτα καλῶς, καὶ μεταδοὺς ἡμῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ ὡς ὑπὲρ πάντων εὐφραινόμενος ἀνυμνεῖ τὸν δεσπότην· εἴρηκε γὰρ ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί.

ΑΣΜΑ.

Ἀγαπήσομεν μαστούς σε ὑπὲρ οἶνον, εὐθύτης ἠγάπησέ σε.

ΣΧΟΛΙΑ.

Μαστούς σε τὴν νέαν δηλονότι τῶν μαθητῶν ἐκκλησίαν. ὑπὲρ τὸν τοῦ ἀμπελῶνος καρπὸν, τὴν παλαιὰν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν. ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, ταύτην ἠγάπησαν. φησὶ γὰρ, εὐθύτης ἠγάπησέ σε.

CANT.

Diligemus vbera tua super vinum, rectitudo dilexit te.

SCHOLIA.

V*Bera tua*, nouam videlicet discipulorum Ecclesiã: *Super vineæ fructũ*, Antiquã nimirum, Iudæorum synagogã. sed & oẽs, qui recto sunt corde, ipsum dilexerunt: dicit enim, *Rectitudo dilexit te*.

VVLG. Memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt te.

ΑΣΜΑ.

Μέλαινα εἰμὶ καὶ καλὴ, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, δέρρεις Σολομῶνος.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὡς ἀπὸ τῆς νέας τῶν μαθητῶν ἐκκλησίας πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ διαλέγεται. καὶ ταῖς αὐτῆς θυγατράσι τε, καὶ συναγωγαῖς διαπρυσίως βοᾷ λέγουσα· ὦ τῆς Ἱερουσαλὴμ θυγατέρες· καλή εἰμι, εἰ καὶ ἔτι ἐν ἀκαταλήπτῳ καθεύδω· τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ μέλαινα εἰμί. καὶ ἐν ἐμοὶ ὁ εἰρηνικὸς ἀναπαύσεται βασιλεὺς, ὡσεὶ σκηνώμασιν ἡγεμὼν, καὶ ἐν καταπετάσμασι Σολομών. τὸ γὰρ Κηδὰρ παρ' ἑβραίοις, τὸν τῶν Αἰθιόπων ἡγεμόνα δηλοῖ, ὡς Ἡσαΐας φησίν· ἐκλείψει ἡ δόξα τῶν υἱῶν Κηδάρ. καὶ πάλιν διὰ στόματος Ἱερεμίου λέγει κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ἀποστείλατέ με εἰς Κηδὰρ, καὶ μάθετε εἰ ἀλλάξουσιν ἔθνη τοὺς θεοὺς αὐτῶν, ὁ δὲ λαός με ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ. δέρρεις δὲ, τὸ καταπέτασμα προσαγορεύουσιν· ὡς καὶ αὐτὸς πάλιν εἴρηκεν Ἱερεμίας· ταλαιπώρηκέ με ἡ σκηνὴ, καὶ διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις με· καὶ ὁ Δαβὶδ· ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν.

CANT.

4. *Nigra sum, & pulchra, filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, pellis Salomonis.*

SCHOLIA.

Veluti ex persona nouæ discipulorũ Ecclesiæ sermocinatur cum Hierusalem, & loquens cum filiabus eius, & synagogis, cõtenta, feruentiq. voce dicit: O filiæ Hierusalem, *Pulchra sum*, quãuis adhuc incõprehensa decumbam; id enim significat, *Nigra sum*. & Rex pacificus requiescet in me, nõ secus ac Dux in tentorijs, & in aulæis Salomon. Cedar.n. apud Hebræos Aethiopũ significat Ducẽ, quẽadmodũ Esaias dicit: *Deficiet gloria filiorũ Cedar*. Ac rursus Deus ex ore Ieremiæ dicit filijs Israel: *Mittite me ad Cedar, & discite si immutarunt gentes Deos suos: populus autẽ meus immutauit gloriã suã*. Pellis verò, Aulæa appellantur, quemadmodum idẽ rursus Ieremias dixit: *Afflixit me tentorium, & diuulsa sunt pelles meæ*. Et Dauid: *Extendens Cælum sicut pellem*.

Esai.21.16 *Hierem. 2.10* *Hierem. 4.20* *Ps.103.3.*

VVLG. Nigra sum sed formosa, filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

ΑΣΜΑ.

Μὴ βλέψετε ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος.

ΣΧΟΛΙΑ.

Καὶ μὴ ὑπολάβητε, πάλιν φησὶν, ὅτι παντῇ ἀφανής εἰμι, διὰ τὸ μήπω φᾶναι ἐν ἐμοὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς, ἀλλὰ φανεῖται καὶ δοξασθήσομαι.

CANT.

5. *Non intueamini, quod ego nigra sim; quoniam non est intuitus me Sol.*

SCHOLIA.

NEq. suspicemini, rursus ait, me penitus luce cassam esse. nam etsi nõdũ verũ illud in me apparuit lumen, apparebit tamẽ, & illustri gloria perfundar.

VVLG. Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol.

ΑΣΜΑ.

Υἱοὶ μητρός με ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἔτι ὡς ἐκ τῆς νέας τῶν μαθητῶν ἐκκλησίας περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ διαλέγεται, καὶ

CANT.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me.

SCHOLIA.

DEinceps tãquã ex persona nouæ discipulorũ Ecclesiæ loquitur de Hierusalem, seque

seque ab illa grauia perpessuram, clamat dicens: ***Filij matris meæ pugnauerũt contra me***: hoc est, filij Hierusalem, Pontifices nimirum, & Scribæ.

καὶ τὰ παρ' ἐκείνης πεισομένη δεινὰ, βοᾷ λέγουσα· υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί· τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς.

VVLG. Posuerunt me custodé in vineis: vineam meá non custodiui.

CANT.

Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

ΑΣΜΑ.

Ἔθεντό με φυλάκυσσαν ἐν ἀμπελῶσιν· ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα.

SCHOLIA.

OBseruauerunt me, & cõtempserunt me *in vineis*, in suis inquã synagogis. Verùm quod ipsi in me patrarũt, illud ipsum iurè merito propter perfidã eorũ iniquitatem patientur. & sicut contẽpserunt me in synagogis suis, ita ego quoq. contemnã eos, quum effulserit in me, ac in eos, qui destituti sunt, verus ille spõsus Christus. Idq. Deus per Oseam dixit: ***Sume tibi vxorem fornicationis, & fac tibi filios ex ea, quoniam fornicãs fornicabitur Synagoga Iudæorum; idcirco non erit vxor mea, neq. ego vir eius.*** ac etiam Saluator in Euangelio de eis ita ait: ***Multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, filij autẽ regni eijcientur foras;*** Dei Ecclesia appellat Iudæorum Synagogam ***Vineam suam***, quæ quasi coacta, & compacta est ex duobus testamentis, immò potius cui vetus testamentum coniunctum est, eo quòd typus eius sit.

Ose 1.2.

Matt. 8.11

ΣΧΟΛΙΑ.

Παρετήρησάν με καὶ ἐξουθένησαν ἐν τοῖς ἀμπελῶσιν, ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτοῦ δηλονότι. ἀλλ' ὅπερ οὗτοι πρὸς ἐμὲ πεποιήσαν, αὐτὸ τοῦτο δικαίως διὰ τὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην πήσονται. καὶ ὥσπερ ἐξουθένησάν με ἐν ταῖς ἑαυτῶν συναγωγαῖς, κἀγὼ ἐξουθενήσω αὐτούς. ἐπιλάμψαντος ἐν ἐμοὶ τοῦ ἀληθινοῦ νυμφίου Χριστοῦ, καὶ ἐν ὑστέροις. τοῦτο ὁ θεὸς πρὸς Ὠσηὲ εἴρηκε· λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας καὶ τεκνοποίησον ἐξ αὐτῆς, ὅτι ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή· διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται μου γυνή, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ αὐτῶν, οὕτως φησί· πολλοὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται ἔξω. ἐμὸν δὲ ἀμπελῶνα, ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων φησίν, ὡς συναγωγὸς οὖσα ἀμφοτέρων τῶν διαθηκῶν, καὶ ὅτι μᾶλλόν ἐστιν αὐτῇ ἡ παλαιὰ προσήκουσα, ὡς τύπος οὖσα ταύτης.

VVLG. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

CANT.

6. ***Renuncia mihi quem dilexit anima mea. vbi pascis? vbi cubas? in meridie.***

ΑΣΜΑ.

Ἀπάγγειλόν μοι, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις; ἐν μεσημβρίᾳ.

SCHOLIA.

PAulò quidem ante dictum est: *Adolescentulæ dilexerunt te*, nimirũ quæ purgato sunt animo. Hic verò Christi Ecclesia suum quærit Pastorem, ac sponsum Christũ. nõdũ n. ille erat in humanis: sed perquã perspicuè à Propheta, nõ secus ac iam adesset, perspectus; suam ipsius vrget reuelandã præsentiã, dicẽs: ***Renuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis?*** & nõ in me. videlicet, ò Pastor bone, qui animã tuam ponis pro tuis ex me ouibus, vbi nã ades; & non præsto es ad me confirmandam? mox tãquam se purgans respondet, ac

Ioa. 10.14.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀνωτέρω μὲν εἴρηται, ὅτι νεάνιδες ἠγάπησάν σε, ἤγουν αἱ καθαραὶ τὴν ψυχῶν. ἐνταῦθα δὲ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία τὸν ἑαυτῆς ποιμένα ζητεῖ, καὶ νυμφίον Χριστόν· οὔπω γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὤν, ὁρώμενος δὲ τῷ προφήτῃ μάλα ἐναργῶς ὡς, ὢν ἐπισπεύδει τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν, λέγουσα· ἀπάγγειλόν μοι, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ποῦ ποιμαίνεις; καὶ οὐκ ἐν ἐμοί· ἤτοι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ τιθεὶς τὴν σαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῶν κατ' ἐμὲ σῶν προβάτων, ποῦ παρὼν τυγχάνεις, καὶ οὐ παραγίνῃ ἐμὲ συστήσων; εἶθ' ὥσπερ ἀπολογούμενοι ὑπο-

ἀποτεθεῖσα, ἐν μεσημβρίᾳ φησίν· ἐν τοῖς κόλποις δηλονότι τοῦ πατρός, καὶ προαιωνίου φωτός. οὔπω γὰρ καιρὸς τῆς ἐμῆς παρουσίας, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα ποιήσομαι ἔλεος, ὡς ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου.

ΑΣΜΑ.

Μή ποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων μου.

ΣΧΟΛΙΑ.

Εἴρηται, ὅτι τὸ γενησόμενον τοῦ χριστοῦ ποίμνιον, ὁ περιούσιος ἑαυτοῦ λαός, τὸν ἑαυτοῦ νυμφίον, καὶ ποιμένα ζητεῖ. ἐπιποθεῖ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν βραδύνουσαν, γενέσθαι, προστιθεὶς καὶ τὴν αἰτίαν. δέδοικε γάρ, μή ποτε ταῖς τῶν ἑτεροδόξων συναρπαγῇ διδαχαῖς, ὅ φησίν. μή ποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑτέρων μου. ἤτοι μὴ ἀποπλανηθῶ τῆς σῆς ποιμαντικῆς δυνάμεως, γένωμαι δὲ ἄλλων ποιμνίων. τοὺς γὰρ τῆς τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίας ἀλλοτριόφρονας, ἑτέρους ἐκάλεσε. τῷ δὲ νυμφίῳ μόνῳ χριστῷ συναρμοσθῆναι, καθικετεύει.

ΑΣΜΑ.

Ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐπειδὴ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν σαρκωθησόμενον σαφῶς προείρηκε, καὶ τὴν τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίαν ἐπισπεύδουσαν τὴν ἐκείνου παρουσίαν προήγαγεν· ὡς εἰς παραμυθίαν, καὶ τὰ μέλλοντα λαμπρῶς προορώμενος, τὴν ἐκεῖνον τεξομένην ἁγνὴν παρθένον εἰς μέσον συγκαλεῖται, καὶ τὸν ἅπαντα περὶ αὐτῆς ποιεῖται λόγον, ὅ φησιν. ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν, ἤγουν εἰ καὶ μὴ σεαυτὴν νῦν γνώριμον ποιῇς, διὰ τὸ μήπω τεχθῆναί σε· ἀλλ' οὖν ἔξελθε σὺ ἡ καλὴ καὶ ἄμωμος παρθένος ἐν πτέρναις· τουτέστι, κατ' ἴχνος τῶν ποιμνίων. προῄδει γὰρ αὐτὴν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τεχθησομένην. διὰ τοῦτο καὶ κατ' ἴχνος φησίν· ἔξελθε τῶν ποιμνίων, ἤτοι τῶν καθ' αἵματος ἐκγόνων ἐμῶν, γεννήθητι καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου, τὰς ἀκολουθούσας σοι παρθένους· ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων, ἤτοι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν.

ΑΣ-

ac subiungit: *In meridie*, inquit: In Patris vtiq. ac sempiterni luminis, sinu nondum enim tempus est mei aduentus, sed in æternum misericordiam faciam, *sicut iuraui Dauid seruo meo.* Ps. 88. 3.

CANT.

Ne fortè fiam tanquam colligata inter greges à me alienorum.

VVLG. Ne vagari incipiã post greges sodaliũ tuorũ

SCHOLIA.

Dictum est, futurum Christi ouile, acceptũ nimirum sibi populum, suum quærere sponsum, ac pastorem: cunctabundam enim eius præsentiam præsto exoptat esse, causamq. intulit, quia nimirũ timuit, ne forte alienis prauarũ opinionũ documentis, deturbaretur mente, & ait: *Ne forte fiam tanquã colligata inter greges à me alienorũ.* Ne videlicet errabũda procul abducar à pastoritia tua ditione, & alterius euadam ouilis. Eos enim qui aliud quàm Christi sentit Ecclesia, sapiũt alienos appellauit. ceterum, vni sponso Christo se desponderi, supplex orat.

CANT.

7. *Si te ipsam ignoras, ò pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigijs gregũ, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum.*

VVLG. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.

SCHOLIA.

QVoniam Dei filiũ incarnandũ perspicue prædixerat, & Christi Ecclesiã illius vrgere aduentũ iam protulerat: vt eam consolaretur futura dilucide prȩuidens, illibatam Virginẽ, eum pariturã, in medium aduocat, & omnem ad eam conuertit sermonem, & ait: *Si te ipsam ignoras, ò pulchra inter mulieres.* Siue, quamuis te ipsã in prȩsens notam non feceris, eo quòd non dum tu nata sis, saltem *egredere tu ò pulchra*, & immaculata Virgo *in vestigijs*, nimirum secundũ gressum gregum. Prænouerat enim Salomon eam ex semine suo nasciturã, ob id etiã secundum vestigia inquit, *egredere gregum*, videlicet filiorum secundum sanguinem meorum, exorere, & *pasce hœdos tuos*, nimirum quę te sequuntur virgines: *in tabernaculis pastorum*, in fundamento scilicet Apostolorum, & Prophetarum.

CANT.

VVLG.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea

CANT.

8. ***Equa mea in curribus Pharaonis, assimilaui te proxima mea.***

ΑΣΜΑ.

Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον μου.

SCHOLIA.

QVoniam pacificum Christum, vocauerat Salomonem, & iam ipse nomen hoc nactus fuerat, merito suę ***Equa***, Virginem assimilauit: eo quòd, super ipsam pacificus Rex Christus ascenderit. ***In curribus Pharaonis.*** Hebræa voce Aegyptus peccatum prefigurat, cuius sanè Rex Pharao est. & ob id eam currui assimilauit Pharaonis: vtpote quę vehiculum fuerit de peccato regnantis, Christi. ***Proxima mea***, videlicet ex semine meo nata, filia mea.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐπειδὴ τὸν εἰρηνικὸν χριστὸν σολομῶνα ἐκάλεσε, καὶ αὐτὸς δὴ ταύτην τὴν κλῆσιν ἐκέκτητο, εἰκότως τῇ ἰδίᾳ ἵππῳ τὴν παρθένον ὡμοίωσεν, διὰ τὸ ἐπιβεβηκέναι ἐπ᾽ αὐτῆς τὸν εἰρηνικὸν βασιλέα χριστόν. ἐν ἅρμασι Φαραώ. τῇ ἑβραίων φωνῇ Αἴγυπτος τὴν ἁμαρτίαν δηλοῖ· ὁ δὲ ταύτης βασιλεύων, ἐστὶ Φαραώ. διὰ τοῦτο καὶ ταύτην ἅρμασιν ὡμοίωσε Φαραώ· ὅτι ἐστὶν ὄχημα τοῦ ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας βασιλεύσαντος χριστοῦ. ἡ πλησίον μου, ἤγουν, ἡ ἐκ τοῦ σπέρματός μου γεννηθεῖσα, θυγάτηρ ἐμή.

VVLG.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

CANT.

9. ***Quàm pulchra factæ sunt maxillæ tuæ sicut turturis?***

ΑΣΜΑ.

Τί ὡραιώθησαν αἱ σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος.

SCHOLIA.

OBstruit ora eorum, qui oraculorũ vim deprauare nituntur. Quianamq. Virginem appellauerat equam, ne quis in ea arrogantiam, & effrenem equi subesse ferociã disseminaret, subinde verecundiæ frẽnum in maxillis adiecit, cum ***sicut turturis*** illius fore maxillas laudibus celebrauit. & idcirco per exuperantiam dixit: ***Perquam pulchra facta sunt?***

ΣΧΟΛΙΑ.

Τῶν βουλομένων κακουργεῖν τὴν τῶν λογίων δύναμιν, ἐμφράττει τὸ στόμα· ἐπειδὴ γὰρ ἵππον τὴν παρθένον ὠνόμασε, μή τις ἐν τούτοις τὸ αὐθάδες, καὶ ὁρμητικὸν τοῦ ἵππου λαθὼν ὑποσπείρειεν, τ᾽ οὐντεῦθεν καὶ χαλινοῦ ταῖς σιαγόσιν ὑποθείη δεῖσθαι, ὡς τρυγόνος τὰς ἐκείνης σιαγόνας ηὐφήμησε. διὰ τοῦτο καὶ μεθ᾽ ὑπερβολῆς, ἵνα τί ὡραιώθησαν; εἴρηκεν.

CANT.

Collum tuum sicut monilia.

ΑΣΜΑ.

Τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι.

SCHOLIA.

EQuus, qui ex ferocia exultabundus hinnit, protendit collum: remissus verò, & humilis, circa pectus ipsum inflectit, instar monilis illud ferens, decoremq. ostentãs. quum igitur Virginem Mariam equo assimilauerit, vt ostẽderet eam minimè fuisse mente elatam, eius repetit humilitatem, & mansuetudinem. Per collum eius monilibus simile, declarauit, ipsam planè minimè elatam, sed in suo vtero omnium Deum seruasse.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀλογοτέρως ὁ ἵππος ὁρμῶν, ἐκτείνει τὸν τράχηλον· ἑαυτὸν δὲ ταπεινῶν, στρέφει περὶ τὰ στέρνα, δίκην ὁρμίσκου φέρων αὐτὸν ὡραϊζόμενος· ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν εἰς ἵππον ὡμοίωσε, ἐνδεικνύμενος μὴ ταύτῃ τὸν λογισμὸν ἐπῆρθαι, ἐπαναλαμβάνων τὸ αὐτῆς ταπεινὸν καὶ πρᾷον· διὰ τοῦ, ὁ τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι, ἐδήλωσεν ὅτι μηδαμῶς ἐπαιρομένης αὐτῆς, ἀλλ᾽ ἐν τῇ αὐτῆς κοιλίᾳ τὸν πάντων τηρούσης θεόν.

CANT. ΑΣΜΑ

ΑΣΜΑ.

Ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὴν στάμνον δηλονότι, καὶ τὸν χρυσοῦν θυμιατήριον, καὶ πάντα τὰ διὰ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευασθέντα ἔν τε τῇ τοῦ μαρτυρίου σκηνῇ, καὶ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ οἰκοδομηθέντι ναῷ τοῦ θεοῦ· ταῦτα γὰρ πάντα ὁμοιώματα καὶ τύποι προϋπῆρχον τῆς ἀληθινῆς τοῦ θεοῦ κιβωτοῦ· τῶν δὲ ἀληθινῶν γεγονότων, οὐκ ἔτι χρεία τῶν τυπικῶν· εἴρηκε γάρ, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ· τουτέστι, μέχρις ὅτου τὸ πέρας φθάσει τῆς ἐμῆς προφητείας, καὶ ὁ τῶν ἁπάντων βασιλεὺς χριστός, ὁ σωτὴρ ἀναπαύσεται ἐν τῇ τῆς παρθένου νηδύϊ.

ΑΣΜΑ.

Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ, ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἑαυτοῦ ἄνω γινόμενος, ὡς παρεληλυθότα τὰ μέλλοντα ὁ σοφὸς ὑποτίθησι· καὶ τὸν προφητευόμενον ἐνανθρωπήσειν θεόν, ὡς ἐνανθρωπηκότα παράγει, καὶ φησί· Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ· ἤτοι σεσάρκωται, καὶ τὰ πάντα πεπλήρωκε τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς· ἤγουν ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἀπορραγεὶς βία· τῷ ὄντι γὰρ ἡ πανάμωμος παρθένος, τῆς στακτῆς προσείρηται, ὡς ἐκ τῆς ῥίζης οὖσα τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνθος, καὶ πάντας εὐωδιάζουσα πιστούς. ἐδόθη γὰρ αὐτῇ δύναμις ἄνωθεν, καὶ ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος χάρις ἐπεσκίασεν αὐτῇ.

ΑΣΜΑ.

Ἀδελφιδός μου ἐμοί, ἀναμέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐπειδὴ ὁ ταῦτα λέγων Σολομών, υἱός ἐστι τοῦ Δαβίδ. αὐτὸς δὲ ὁ Δαβὶδ τὴν παρθένον θυγατέρα καλεῖ, λέγων· ἄκουσον θύγατερ καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου· εἰκότως τὸν ἐξ ἐκείνης τεχθέντα υἱόν, ἀδελφιδοῦν προσηγόρευσεν· αὐλισθήσεται δέ φησιν, ἀναμέσον τῶν μαστῶν μου, ἐν τοῖς ἄρτι γενέσι

CANT.

10. ***Similitudines auri faciemus tibi cum punctis argenteis, donec Rex fuerit in recubitu suo.***

VVLG. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argēto. Dum esset rex in accubitu suo.

SCHOLIA.

VRnam videlicet, & aureum thuribulum, & omnia aurea, argenteaque vasa comparata, tam in tabernaculo testimonij, quam in Dei templo ab ipso ædificato; ea enim omnia, similitudines, & figuræ præextitere veræ Dei arcæ. Veritate verò accedente, non opus erat amplius figuris; dixit enim: *Donec Rex fuerit in recubitu suo*, hoc est, donec terminus ipse meæ prophetię perficiatur, & omnium rex Christus Saluator in ipso Virginis requiescat vtero.

CANT.

11. ***Nardus mea dedit odorem suum, fasciculus guttæ.***

VVLG. Nardus mea dedit odorem suũ Fasciculus mirrhæ.

SCHOLIA.

SVpra seipsũ elatus, futura nō secus ac præterita forent, supponit Sapiens. & cum Prophetæ prædixerint Deum hominem futurum, ipse quasi hominē iam factũ in mediũ eũ adducit, & dicit: *Nardus mea dedit odorē suum*, carnē videlicet assũpsit, omniaq; sua virtute repleuit. *Fasciculus guttæ*, est ex virginalibus sanguinibus pars abstracta præter leges naturæ: re enim vera omni ex parte inculpata Virgo, vocabulo *Gutta*, prędicta est, quę tamquam flos emanat è radice Iesse, omnesque fideles fragrantia replet. data enim fuit ei virtus ex alto, & S. Spiritus gratia eam obumbrauit. *Luc.* 1.

CANT.

10. ***Nepos ex sorore meus mihi, in medio vberũ meorũ, quasi in aula, cōmorabitur.***

VVLG. Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

SCHOLIA.

CVm hęc dicat Salomon filius Dauid, qui ipsam Virginem filiam appellat, dicens: *Audi filia, & vide. & inclina aurē tuam*: meritò filium ex illa natũ nepotem ex sorore appellauit. *Commorabitur* verò seu *pernoctabit*, dicit, *in medio vberum meorum*, quasi *in aula*: videlicet, tum inter nuper: vtique in religione genitos *Psal.* 44.

nitos, tum inter eos, qui se in oratione cum Deo oblectant, nec se extollunt in persuasione propriæ sapientiæ. per *ubera* enim nuper genitorum designat ætatē; de quibus eius quoq. pater dixit apertè,
Psal. 21. 23 *In medio Ecclesiæ laudabo te.*

CANT.

VVLG. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis En-gaddi.

13. *Botrus Cypri, nepos meus mihi in vineis En-Gaddi.*

SCHOLIA.

SAepius Hierusalem, eiusque Synagogam, *Vineam* sacra nominauit Scriptura. postquam autem Saluator noster Iesus, propter nos nobis similis factus, in Hierusalem, homo natus est, ibiq. humanam in tempore sortitus est natiuitatem, meritò & vineæ *Botrus* est ipse appellatus: Verū non vt reliqui Iudæorum, illius pessundatæ Hierusalem, sed *En Gaddi*: à
Num. 13. 24. quo loco & Iesum Naue filium priorē asportasse racemum, scribitur, maturum. Gaddi enim locus est terræ promissionis præstantissimus, Deoq. oppigneratus.

CANT.

VVLG. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colūbarum.

14. *Ecce pulchra propinqua mea, ecce pulchra, oculi tui columbæ.*

SCHOLIA.

AD magnum illud Dei, humanam sumentis naturam, intendens mysterium: & generatim hinc hominum futuram salutē, tanquā numine afflatus, exultabundus Mariam Virginē, diuinæ dispēsationis officinam, beatam prædicans, eam pulchram esse pluribus in locis repetiuit: quia habitaret in ea pulchritudinis author, Saluator Deus. *Oculi tui columbæ*, tanquam ea, quæ in oculis nil habeat iniquitatis, sed omnia pura, omnia decorè composita, vt ei fas erat, quæ hospitium iam erat effecta vnigeniti filij Dei.

CANT.

VVLG. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

15. *Ecce pulcher es nepos mi, & sanè formosus.*

SCHOLIA.

NOn tanquā ignarus interrogat, nū pulcher sit nepos: nam qui fieri poterit, vt edoctus a patre, ac Propheta, eum

νέσι πρὸς εὐσέβειαν δηλονότι, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δεομένοις σοφῆς, καὶ μὴ ἐγκαυχωμένοις ἐν πειθοῖ σοφίας αὐτῶν· διὰ γὰρ τῶν μαστῶν, τὴν τῶν νέων ἐσήμανεν ἡλικίαν. περὶ τούτων ἄντικρυς καὶ ὁ τούτου πατὴρ εἴρηκεν. ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

ΑΣΜΑ.

Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ· ἐν ἀμπελῶσι ἐν Γαδδεῖ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πολλαχοῦ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐκείνης συναγωγὴν, ἀμπελῶνα ὠνόμασεν ἡ γραφή. ἐπεὶ δὲ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς δι' ἡμᾶς, καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐνηνθρώπησε, καὶ αὐτόθεν τὴν ἔγχρονον ἔσχε γέννησιν· εἰκότως καὶ τοῦ ἀμπελῶνος βότρυς ὠνόμασται, οὐχ ὡς οἱ λοιποὶ δὲ τῶν ἰουδαίων ἐν τῇ καταπετευμένῃ ταύτῃ Ἱερουσαλήμ. ἀλλ' ἐν Γαδδεῖ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τοῦ ναυῆ Ἰησοῦς, τὸν βότρυν τὸν πρότερον ἐκομίσατο, γέγραπται, πέπειρον. Γαδδεῖ γὰρ ὁ κρείττων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ἀφορισμένος τόπος ἐστὶ τῷ θεῷ

ΑΣΜΑ.

Ἰδοὺ ἡ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ ἡ καλὴ ὀφθαλμοί σου περιστεραί.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πρὸς τὸ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεοῦ ἀποβλέψας μυστήριον, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐκ ταύτης γενησομένην παγγενῆ σωτηρίαν, ὥσπερ ἔνθους ὑφ' ἡδονῆς γενόμενος, τὸ τῆς οἰκονομίας ἐργαστήριον, τὴν παρθένον μακαρίζων Μαρίαν, καλὴν ταύτην εἶναι πεπολλαπλασίακε, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι ἐν αὐτῇ τὸν καλοποιὸν σωτῆρα θεόν. ὀφθαλμοί σου περιστεραί· ὡς μηδὲν ἔχουσα περὶ ὀφθαλμῶν αὐτῆς πρᾶγμα παράνομον, ἀλλὰ τὰ πάντα καθαρά, τὰ πάντα σεμνά, δοχεῖον γεγενημένη τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

ΑΣΜΑ.

Ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου, καί γε ὡραῖος.

ΣΧΟΛΙΑ.

Οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὴν ἐρώτησιν ἔφερεν, εἰ καλός ἐστιν ὁ ἀδελφιδός· πῶς γάρ, ὃν ἐδιδάχθη παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ προφήτου,

ὡραῖον

ὡραῖον εἶναι κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὕτως αὖ ἀμφιβάλλειν περὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν; ἄπαγε· ἀλλ' ἡμῖν τοῦτο καθαρώτερον δεῖξαι βουλόμενος, κολαστικῶς τὴν ἐρώτησιν ἐφερε· μετὰ δὲ ταῦτα φησί· καίγε ὡραῖος.

ΑΣΜΑ.

Προσκλίνη ἡμῶν σύσκιος.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τοῦτο ὁ Γαβριὴλ εὐηγγελίσατο τῇ παρθένῳ, εἰπών· δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· καὶ Ἡσαΐας ὡς ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκήρυξε λέγων· θήσω τὸν λόγον μου εἰς τὸ στόμα σου, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς χειρός μου σκεπάσω σε· κλίνην δὲ ὠνόμασεν αὐτήν, διὰ τὸ ἐπαναπαυθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν εἰρηνικὸν βασιλέα χριστόν. ὅτι δὲ κλίνην ἡμῶν ὠνόμασε, μὴ θαυμάσῃς· ἔθος γὰρ ἐστὶ τῇ τῶν ἑβραίων φωνῇ, πληθυντικῶς γράφειν τὰ ἑνικά· ἢ καὶ οὕτως· δοκεῖ γάρ τις περικοπὴ τοῦ προφήτου, διὰ τοῦ πληθυντικῶς ἐκφέρεσθαι γίνεσθαι· προσκλίνη ἡμῶν σύσκιος· τὴν διὰ τοῦ εὐαγγελίου πρὸς ἡμᾶς γεγενημένην μακαριότητα, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐνανθρώπησιν, ὡς πάντα περιλαβοῦσαι τὰ πέρατα, καὶ συσκιάσασαν πάντα πιστόν, αὐχμῷ κατακαιόμενον τὸ πρότερον ἀπιστίας· προσκλίνη δ' αὖ εἰκότως καλοῖτο διὰ τὴν ἐν τούτῳ τῶν παραδεχομένων μετὰ σχέσεως γενομένην ἀνάπαυλαν, καὶ τὴν παντὸς ὄχλου βιωτικοῦ, καὶ περιστάσεως ἄλλης παντελῆ ἀκινησίαν. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός ἐστι, φησί, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν.

ΑΣΜΑ.

Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.

ΣΧΟΛΙΑ.

Αὐτὴν τὴν παρθένον, κλίνην καὶ οἶκον ὠνόμασεν ὁ προφήτης, καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει. ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. τὰ ἑπτὰ τοῦ πνεύματος δηλονότι χαρίσματα, ἅπερ ἐκ κέδρων καὶ κυπαρίσσων ἀνίστησι τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον, στερρῶς περισφίγγοντα. ἢ καὶ οὕτως. δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· φατνώματα ἡμῶν κυπα-

eum esse *speciosum forma præ filijs hominum*, ita nunc in ipsius notitia hæreat? absit. sed volens nobis id apertius demonstrare, prolatam interrogationem, subiecta correctione compensat: addit enim postea, *& sane formosus*. *Psal. 44.*

CANT.

Lectus noster umbrosus.

VVLG. Lectus noster floridus

SCHOLIA.

Hoc quoque Gabriel læto, faustoq. nuncio detulit Virgini, dicens, *Virtus altissimi obumbrabit te*: & Esaias tanquam Dei, patrisq. præco præcinuit, dicens: *Ponam verbum meum in ore tuo, & sub umbra manus meæ obumbrabo te*. Lectum verò ipsam appellauit, quia in ea requieuit pacificus Rex Christus. *Lectum* porrò appellasse *nostrum*, ne mireris: mos enim Hebræorum est in numero multitudinis efferre ea, quę singularis sunt numeri. Vel etiam videtur concisa quędam sententia, à Propheta numero prolata multitudinis. *Lectus noster umbrosus*, propter beatitudinem nobis in Euangelio promissam post Saluatoris incarnationem: quæ omnes penè terræ fines complectitur: & quemlibet obumbrat fidelem, priori absumpto infidelitatis æstu. *Lectus* autem meritò vocari poterit, propter requiem, quam illi capiunt, qui in hoc seculo vtcumque requiescunt, & omnes huius vitę turbas, & quamlibet omnino afflictionem, sedatè, placideque ferunt. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*, dicit Dñs. *Luc. 1.* *Psal. 51. 16.* *Matt. 11. 30.*

CANT.

16 *Trabes domorum nostrarum cedri, lacunaria nostra cypressi.*

VVLG. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

SCHOLIA.

Ipsam Virginem lectum, & domum vocauit Propheta, quemadmodum & alibi dicit: *Sapientia ædificauit sibi domum, & erexit columnas septem*, septem videlicet Spiritus dona, quæ quidem ex cedris, & cypressis Dei domũ firmè vndiq. cõstrictã, erigunt. vel ita etiã: *Trabes domorũ nostrarũ cedri, lacunaria nostra cypressi* *Prou. 9. 5.*

cypressi, id equidē propter stabile, simulq. immutabilem preceptorum sanctionem. Luc.21.33 *Cœlū*, enim ait, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Tum etiam, quia arbores huiusmodi, elatas habent comas, & rectas, semperq. vernantes; cuiusmodi quippe est Euangelium, quod eos, qui sibi adhærent, in diuinarum quidem sublime virtutum effert: ad rectitudinem verò synceram, ipsamq. Philosophiam exercendam informat. denique immortalitatem, vitæque perpetuæ diuturnitatem, eis tribuit.

κυπαρίσσοι· τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς νομοθεσίας τῶν ἐντολῶν ἑδραῖον ὁμοῦ καὶ ἀμετακίνητον· ὁ οὐρανὸς γάρ φησι, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι· τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὸ τῶν δένδρων ὑψίκομον, καὶ εὐθὲς, καὶ ἀειθαλές· τοιοῦτον γὰρ τὸ εὐαγγέλιον εἰς ὕψος μὲν τοὺς αὐτῷ προσανέχοντας ἀρετῶν τῶν θεοειδεστέρων ἐπανάγον· εὐθύτητα δ' ἀκραιφνῆ καὶ φιλοσοφίαν ἀσκεῖν αὐτοὺς, ἐκπαιδεῦον· τέλος δ' ἀθανασίαν, καὶ ζωῆς ἀπεράντου τούτοις διηνέκειαν πραγματευόμενον.



CAPVT SECVNDVM

CANT.

1. **Ego flos campi, lilium conuallium.**

ΑΣΜΑ

Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.

SCHOLIA.



Figuratè dixit istud, quandoquidem ex ipso fructus vitę natus est, queadmodum in Euangeliis scriptum est: Luc.15. Ex Dauid Salomonem, & ex ipso Roboā, & sic reliquos exortos, vsque ad incarnationem Verbi Dei; meritò itaq. se ipsū florem nominauit. Duo enim cum fuerint Salomones, ipse, & Christus Rex pacificus: queadmodum ex floribus nascūtur fructus, sic ex priori secundus est genitus Salomon. ac ne quispiam de se ipso dixisse autumet; illum quidem fructum, se ipsum verò florem, & lilium conuallium appellauit: eo quod ex fœmore ipsius natus sit Christus. Vel etiam aliter. *Ego flos campi, lilium conuallium.* hoc est, quamuis ad hæc subrépere voluerim, naturęq. decora obierim munia: Euangelii tamen splendorem conspicere ob temporis longinquitatem, minime potui. quod etiam Saluator ad Discipu- Luc.10.24 los dicit. *Multi Reges, & Prophetæ desiderarunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.*

ΣΧΟΛΙΑ.



Συμβολικῶς εἴρηκε τοῦτο· ἐπειδὴ γὰρ ἐξ αὐτοῦ ὁ καρπὸς τῆς ζωῆς ἀναφύεται, καθὼς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γέγραπται· ἐκ τοῦ Δαβὶδ τὸν σολομῶνα, καὶ ἐκ τούτου τὸν Ροβοὰμ, καὶ οὕτω τοὺς λοιποὺς γεγενῆσθαι, ἄχρι καὶ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σαρκώσεως· ἑαυτὸν ἄνθος εἰκότως ὠνόμασε· δύο γὰρ τῶν Σολομόνων γεγενημένων, αὐτοῦ τε καὶ τοῦ εἰρηνικοῦ βασιλέως χριστοῦ. ὥσπερ ἐκ τῶν ἀνθέων ἀναφύονται οἱ καρποὶ, οὕτως ἐξ αὐτοῦ ὁ δεύτερος ἐγεννήθη σολομών· καὶ ἵνα μήτις περὶ αὐτοῦ νομίσειε λέγειν· ἐκεῖνον μὲν καρπὸν, ἑαυτὸν δὲ ἄνθος, καὶ τῶν κοιλάδων κρίνον ὠνόμασεν. ὡς ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸν χριστὸν γεννηθέντα· ἢ καὶ οὕτως· ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων, τουτέστιν, ὡς ταῦτα ὑπερδύσω, λειτουργήσας τῇ φύσει τὰ πρέποντα· καὶ οὐκ ἀνφθάσαιμι, διὰ τὸ τοῦ καιροῦ μῆκος, κατιδεῖν τὴν τοῦ εὐαγγελίου λαμπρότητα· τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς μαθητάς φησι· πολλοὶ προφῆται, καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἅπερ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον.

CANT.

ΑΣΜΑ.

ΑΣΜΑ.

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἀνὰ μέσον τῶν θυγατέρων.

ΣΧΟΛΙΑ.

Μετὰ τὴν ἀρὰν, καὶ ἡ γῆ τὰς ἀκάνθας ἐβλάστησε, πικρίαν ἀνθρώποις κυήσας. ἐπεὶ δ' ἐλύθη τῆς ἀρᾶς τὸ ἀρχέγονον, καὶ ὁ γλυκασμὸς τῆς ζωῆς ἀνεβλάστησε. δέον καὶ τὸ ἄνθος πρὸ αὐτοῦ ἀναφυῆναι ἐκ τῶν λελυπημένων γυναικῶν· ταύτητοι καὶ τὴν σεμνὴν παρθένον, ὡς ἐξ αὐτῆς ἀναλάμψαντα τὸν τῆς ζωῆς καρπὸν. ἣν κρίνον ὠνόμασεν, εἰπών· ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν· οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων μου· τουτέστι, μόνη ἡ παρθένος ἐν μέσῳ τῶν λελυπημένων τοῦ Ἀδὰμ θυγατέρων, τὴν χαρὰν διὰ τοῦ ἀγγέλου ἐδέξατο.

CANT.

2. *Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.*

VVLG.

Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias.

SCHOLIA.

Post maledictionem, ipsa terra amaritudinem hominibus peperit, spinasque produxit. at deleta prima maledictiõnis origine, & dulcedine prognata vitæ, opus erat, & florem ante fructum nasci ex iis, quæ in tristitia erant, mulieribus: venerandam nimirum Virginem, quod ex ipsa fructus nasciturus esset vitæ, quam *lilium* nominauit, dicens; *Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum mearum.* hoc est, sola Virgo in medio earum, quæ in tristitia sunt filiarum Adam, gaudium, & lætitiam ex Dei nuncio est consequuta.

ΑΣΜΑ.

Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ· οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν. ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθισα· καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὥσπερ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου· οὕτως καὶ ὁ ἐκ τῆς θυγατρὸς τοῦ Δαβὶδ τεχθεὶς Ἰησοῦς, ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἀδὰμ, γέγονε τροφὴ μὲν, τοῖς εὐσεβῶς τοῦτον μεταλαμβάνουσι. κρίμα δὲ τοῖς προπετῶς, καὶ ἀθέως προσαπτομένοις αὐτοῦ. ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ φησὶν, ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα· τουτέστιν, εἰς ἐπιθυμίαν ἦλθον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· καὶ ἐκάθισα, ἤγουν μετέσχον αὐτῶν· καὶ ὁ καρπὸς αὐτῶν, γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου. περὶ τούτων καὶ ὁ θεοπάτωρ προέφησε Δαβίδ· ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύ· καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

CANT.

3. *Sicut malum in medio lignorum syluæ: sic nepos meus in medio filiorũ. In vmbra eius esse desideraui, & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis.*

VVLG.

Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. sub vmbra illius quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

SCHOLIA.

Qvemadmodum lignum vitæ in medio paradisi: sic & is qui ex filia Dauid natus est Iesus in medio filiorũ Adam: factus est cibus quidem piè sumentibus ipsum; damnatio autem petulanter, & impiè attrectantibus eum. *In vmbra* inquit, *eius, esse desideraui, & sedi.* hoc est, *Concupiui desiderare mandata tua. & sedi*, videlicet eorum factus particeps. & eorum *fructus dulcis in faucibus meis*. de quibus etiam diuinus pater Dauid antea dixerat: *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel, & fauum.* Psal. 118. Psal. 18.

VVLG.

Introduxit me in cellã vinariã, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus stipate me malis: quia amore langueo.

CANT.

4. *Introducite me in domum vini. ordinate in me charitatem.* 5. *Firmate me in vnguentis, stipate me in malis: quia vulnerata charitate ego sum.*

SCHOLIA.

INtroducite me, inquit, *in domum vini.* in Iudæorum videlicet, templum. sermo enim est illibatæ Virginis ad Iudæos. ipsa namque sola in sancta sanctorum habuit domicilium: vtpote purissimum Dei, & Verbi tabernaculum. idcirco & eorum quærit dilectionem. quoniam autem paulo ante sacrosanctum Spiritum nominauerat *Vnguentum*. coëternum verò Dei, & patris Filium, *Malum in medio lignorum.* figuratè de duabus personis æternę Trinitatis, & à qua vitę principium est, prædixit. Ipsa enim Virgo Spiritum eiusdem cum Patre, & Filio substantiæ, eisq. coęqualem, in se venire: necnon vnigenitum Patris Filium carnem assumere, implorat, dicens; *Quia vulnerata charitate ego sum.* diuino videlicet amore: non secus ac sagitta quę hæreat in corde: idcirco & id assequta est. Vel etiã aliter exponendum est: *Firmate me in vnguẽtis.* hoc est Dei, & Patris firmamento. *Stipate me in malis.* Vnigeniti nimirum filii pręsentia. *Quia vulnerata charitate ego sum.* hoc est concupisco sanctissimi super me spiritus aduentum.

ΑΣΜΑ.

Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου· τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην. στηρίσατέ με ἐν μύροις· στιβάσατέ με ἐν μήλοις· ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ·

ΣΧΟΛΙΑ.

Εἰσαγάγετέ με φησὶν, εἰς οἶκον τοῦ οἴνου· εἰς τὸν ἰουδαϊκὸν δηλονότι, ναόν· ἐκ τῆς παρθένου γὰρ ἁγνῆς πρὸς Ἰουδαίους ὁ λόγος· αὕτη γὰρ μόνη ἐν τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις ἔσχε τὴν οἴκησιν· ὡς καθαρωτάτη σκηνὴ τοῦ θεοῦ, καὶ λόγου· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐκείνων ἀγάπην ζητεῖ· ἐπεὶ δὲ αἰωτέρω τὸ πανάγιον πνεῦμα, μύρον ὠνόμασε. τὸν δὲ συναΐδιον υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, μῆλον ἐν μέσῳ τῶν ξύλων· συμβολικῶς περὶ τῶν δύο προσώπων τῆς ζωαρχικῆς καὶ ἀθανάτου τριάδος προείρηκεν. αὕτη γὰρ ἡ παρθένος, τὸ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὁμοούσιον, καὶ σύνθρονον πνεῦμα, ἐπικαλεῖται ἐλθεῖν ἐν αὐτῇ· καὶ σαρκωθῆναι τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ πατρὸς, καὶ φησίν· ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγὼ, τὸν θεῖον δηλονότι ἔρωτα, ὡς βέλος ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχουσα· διὰ τοῦτο καὶ ταύτης ἠξίωτο· ἢ καὶ οὕτως οἰητέον, στηρίσατέ με ἐν μύροις· τουτέστι τῷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς στηριγμῷ· στιβάσατέ με ἐν μήλοις ἤτοι, τῇ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ παρουσίᾳ· ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ· ἤγουν ἐπιποθῶ τὴν τοῦ παναγίου ἔλευσιν ἐπ' ἐμέ.

VVLG.

Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

CANT.

6. *Laua eius in capite meo, & dextera ipsius amplectetur me.*

SCHOLIA.

APertissimè Deum futurum eum, qui nasceretur ex Virgine, his quoq. verbis Propheta pręcinit: & veluti ex persona illibatæ Verbi matris, dicit: *Laua eius in capite meo, & dextera ipsius amplectetur me.* illius inquam, cuius videlicet amore, erã ego vulnerata. quasi dicat suo undiq. præsidio me protegat, & læuã quidẽ manum quæ prohibẽdi vim habet quoduis malũ, in ipsius capite, in rationali uidelicet animæ parte, ut imponat, precata est: dexteram uerò, effectricem scilicet, seruatricéq. vim præbeat virtutũ. clarè.n. Dei

ΑΣΜΑ.

Εὐώνυμος αὐτοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ μου· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.

ΣΧΟΛΙΑ.

Σαφέστατα θεὸν εἶναι κἂν τούτοις, τὸν ἐκ τῆς παρθένου τεχθησόμενον, ὁ προφήτης προαγορεύει· καὶ φησὶν, ὁ ἐκ τῆς ἁγνῆς τοῦ λόγου μητρός· εὐώνυμος αὐτοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με· οὗ τινος ἦν δηλαδὴ τετρωμένη τῆς ἀγάπης ἐγώ· ἤτοι· πανταχόθεν περιφυλαξάτω με· καὶ διὰ μὲν τῆς εὐωνύμου χειρὸς, τὸ ἀποσοβητικὸν πάσης ἧς τινοσοῦν κακίας, ἐπηύξατο τῇ ἑαυτῆς κεφαλῇ, ἤγουν τῷ τῆς ψυχῆς λογιστικῷ παρασχεῖν· διὰ δὲ τῆς δεξιᾶς, τὸ φρουρητικὸν καὶ συνεκτικὸν τῶν ἀρετῶν· χεῖρα γὰρ ἁπλῶς θεοῦ

θεοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ συναΐδιον πνεῦμα, ἡ γραφὴ προσαγορεύει· καθὼς καὶ ὁ σωτὴρ τοῖς ἰουδαίοις φησίν· εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ᾽ ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. ἤγουν, ἐν πνεύματι θεοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· δεξιὰ κυρίου, ἐποίησε δύναμιν. διὰ τοῦτο καὶ Γαβριὴλ διαπρυσίως βοᾷ, λέγων· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Dei manum æqualem Patri, & Filio Spiritum, Scriptura appellat. quemadmodum & Saluator Iudæis dicit: *Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei*: videlicet, in Spiritu Dei. Ac etiam in libro Psalmorum, *Dextera Domini fecit virtutem*. idcirco, & Gabriel perspicuè clamat, dicens: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te*.

Luc. 11.20

Ps. 117.16.

Luc. 1.

ΑΣΜΑ.

Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ. ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ.

CANT.

7. *Adiuraui vos filiæ Hierusalem in viribus agrorum, si excitaueritis, & euigilare feceritis dilectam, donec voluerit.*

VVLG.

Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosq. camporum, ne suscitetis, neq. euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐπειδὴ προεώρα μετὰ πολυετίαν τὴν προφητείαν ἀποβήσεσθαι, ὅρκῳ προκαταλαμβάνει τὰς θυγατέρας ἱερουσαλήμ. ἤτοι τοὺς ἐξ αὐτῆς τεχθησομένους ἀρχιερεῖς τε, καὶ γραμματεῖς· περὶ ὧν ἐν εὐαγγελίοις ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, γεννήματα ἐχιδνῶν προσηγόρευσεν· ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ. τουτέστιν, ὁρκίζω ὑμᾶς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ ἐκ τῆς παρθένου· ταύτην γὰρ ἀγρὸν προείρηκεν, ὡς τὸν στάχυν βλαστήσασαν τῆς ζωῆς· ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην· ἤγουν μηδ᾽ ἂν ποτε ἐθελῆσαι τὴν παροῦσαν προφητείαν ἀφανίσαι· ὀκλάσαιτας ἴσως, διὰ τὸ μετὰ πολλὰ ταύτην ἔτη συμβήσεσθαι. ὅτι δὲ τὸ προφητευόμενον ἅπαν κατὰ τὸ γράμμα, καὶ νόημα πρόκειται· εἰκότως, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, εἶπεν· ἤτοι τοὺς δοκοῦντας ὑμῖν ἀγάπης εἶναι λόγους, μήτ᾽ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἀφανίσητε, μήτε τῆς μνήμης ὑμῶν, ἕως ἂν θελήσῃ· μέχρις ὅτου δηλονότι, ὁ διὰ τούτων προφητευόμενος ἐθελήσῃ παραγίνεσθαι· προῄδει γὰρ, μετὰ τοῦτον πολλῶν τὰ γεγραμμένα λόγων ἀξιωθήσεσθαι· ταῦτοι τοι καὶ φυλαχθῆναι μόνον ἀξιοῖ, μέχρις ὅτου τὸ προφητευόμενον τελεσθήσηται.

SCHOLIA.

VBi præuiderat post multos annos Prophetiã esse complendam: sacramento præoccupat filias Hierusalem nasciturós, videlicet ex ea Sacerdotum Principes, & Scribas, quos in Euangeliis Ioannes Baptista, *Genimina viperarum*, nuncupauit. *Adiuraui vos filiæ Hierusalem, in viribus agri*. hoc est, Adiuro vos in virtute Dei, carnem sumpturi ex Virgine. hanc enim agrum esse prædixerat: vtpote spicam vitæ germinaturam. *Si excitaueritis, & euigilare feceritis dilectam*, videlicet. Nolite vnquam præsentem hanc supprimere prophetiam: ne fortè labantes cõcidatis, quòd multos post annos ipsa perficienda sit: cum autem omnia Vatum oracula interpretanda sint tum secundum litteram, tum secundum intelligentiam; meritò dixit: *Si excitaueritis, & euigilare feceritis dilectam*: sermones videlicet qui vobis de dilecta esse videntur, nolite è scripturis abolere: nullatenus è memoria vestra excidant, *Donec voluerit*: quoad videlicet is qui illis prædictus est oraculis, adesse voluerit. Prænouerat enim in posterum multa oracula memoratu digna, fore scribenda: atque ideo seruari saltem censet, donec id, quod vatum oraculis prædictum est, opere compleatur.

Luc. 3.7.

VVLG.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in môtibus, transiliens colles.

CANT.

8. *Vox nepotis mei, iste venit; saltans super montes, saliens super colles.*

ΑΣΜΑ.

Φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου· ἰδοὺ ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.

SCHOLIA.

Lvbricam Iudæorum mentem Propheta præuidens, iudicauit oportere non modo Sacramento, eorum compescere appetitiones: sed illius etiam timore, qui Vatum prædicebatur oraculis, eorundem reprimere animos: neue tædio affecti ægrè ferrent, temporis longinquitatem spectantes, oportere tamquam ipsum iam presentem eorum percellere animos, & dicit: *Vox nepotis mei, ipse venit.* dictum est iam eo quòd ex filia Dauid natus sit Christus, nepotem eum nuncupasse Salomon; ipse enim Saluator in medio festiuitatis die exclamauit, dicens: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me non manet in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Saltans super montes, saliens super colles.* duritiem peccati, animique elationem explodens pedibus, quemadmodum, & Prophetarum eximius dicit Esaias: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* hoc est, omne elatum, & demoniacum è medio tolletur, quum regnabit pacificus Christus.

Ioan. 8.12

Esai. 40.4.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὸ ἄστατον τῆς γνώμης τῶν ἰουδαίων προορῶν ὁ προφήτης, οὐκ ἔκρινε δεῖν μόνῳ τῷ ἔργῳ τούτους τῆς ὁρμῆς ἐπισχεῖν. ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ προφητευομένου φόβῳ, τούτων τὰς ψυχὰς ὑποστεῖλαι· καὶ μὴ πρὸς τὸν χρόνον ἀποβλέψαντας, ἀποδυσπετῆσαι, ἀλλ᾽ ὡς ἤδη παρόντα τοῦτον ἐκπλαγῆναι· καί φησι· φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου, οὗτος ἥκει. εἴρηται δή, ὅτι τὸν ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ θυγατρὸς τεχθέντα χριστὸν, ἀδελφιδὸν ὁ Σολομὼν προσηγόρευσεν. αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς ἔκραξε λέγων· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ μείνῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ᾽ ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς. τὸ τραχὺ τῆς ἁμαρτίας, καὶ μετέωρον ὑποπατῶν τοῖς ποσί· καθὼς καὶ ὁ θαυμαστὸς ἐν τοῖς προφήταις, Ησαΐας φησί· πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· τουτέστι πᾶν τὸ ἐπηρμένον καὶ δαιμονιῶδες ἐκ τοῦ μέσου ἀρθήσεται, βασιλεύσαντος τοῦ εἰρηνικοῦ χριστοῦ.

VVLG.

Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

CANT.

9. *Similis est nepos meus capreæ, vel hinnulo ceruorum, saliens in montibus Bethel.*

ΑΣΜΑ.

Ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων, πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη βεθήλ

SCHOLIA.

Qvemadmodum propriũ est capreæ, se ipsam tradere venatoribus pro filiorum libertate: sic & Saluator noster Iesus, pro nobis se ipsum tradidit in mortem: quocirca assimilatur *capreæ, vel hinnulo ceruorum saltans in montibus Bethel.* videlicet, idolorum euertens aras. in monte enim Bethel, scaber & exasperans ille Iudæorum Populus, sacrificia idolis obtulit.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὥσπερ ἴδιόν ἐστι τῆς δορκάδος, παραδιδόναι ἑαυτὴν τοῖς θηρευταῖς ὑπὲρ τῆς τῶν τέκνων ἐλευθερίας. οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν παρέδωκεν εἰς θάνατον. ταύτῃ τοι καὶ τῇ δορκάδι ὁμοιοῦται, ἢ νεβρῷ ἐλάφων πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη βεθήλ. ἤγουν τοὺς εἰδωλικοὺς ἀνατρέπων βωμούς. ἐν γὰρ τῷ ὄρει βεθήλ, ὁ τραχὺς τῶν ἰουδαίων λαὸς, τὰς θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερεν.

ΑΣΜΑ.

Ἰδοὺ οὗτος ἑστήκει ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν, παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων, ἐγκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὴν δι' ἡμᾶς τῷ σωτῆρι θεῷ προσληφθεῖσαν σάρκα, τοῖχον ὀνόμασεν· ὀπίσω δὲ τοῦ τοίχου ἡμῶν. ἤγουν, τῶν ἐπακολουθέντων τῇ σαρκὶ ἀδιαβλήτων παθῶν· ὧν κεκοινώνηκε καθ' ἡμᾶς, γεγονὼς ἄνθρωπος. ὥσπερ οὖν ὁ τοῖχος κωλύει μὴ βλέπειν τὰ ἐν τῷ οἴκῳ· οὕτω καὶ ἡ τοῦ θεοῦ λόγου σάρξ, ἀοράτως ἐν αὐτῇ περιέκλειε τὴν ἑαυτοῦ θεότητα· ἀλλ' ἀμυδρῶς πως, ὡς διὰ θυρίδος, ἐφανερώθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει Θαβώρ. ἐγκύπτων διὰ τῶν δικτύων. τῶν ὧν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη παθῶν, δηλονότι. οὐχ ἧττον γὰρ καὶ ἐν τούτοις θεὸς ἐγνωρίζετο· ἡλίου μὲν ἐκλείποντος· σελήνης παρὰ δόξαν ὑποτρεχούσης· καὶ πετρῶν ῥηγνυμένων· καὶ νεκρῶν ἐκ τῶν μνημείων ἐγειρομένων· καὶ συμπάσης κτίσεως, ἁπλῶς εἰπεῖν, αἴσθησιν τοῦ πάθους παρεχομένης.

ΑΣΜΑ.

Ἀποκρίνεται ἀδελφιδός μου, καὶ λέγει μοι· ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου. καλή μου, περιστερά μου, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν· ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν.

ΣΧΟΛΙΑ.

Οὐ καθ' εἱρμὸν τὴν τοῦ θεοῦ λόγου σάρκωσιν ὁ προφήτης ἐμφαίνει· ἀλλ' ὡς ἐδίδου τούτῳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ποτὲ μὲν, ἑαυτὸν παρεισάγων περὶ ταύτης διαλεγόμενον· ποτὲ δὲ, τὴν νέαν τοῦ θεοῦ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίαν· ἄλλοτε δὲ, τὴν ὑπερευλογημένην τοῦ θεοῦ λόγου μητέρα· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐφ' ἑκάστων ἔνθους γινόμενος, παρήλλαττε τὴν τῶν προσώπων καὶ πραγμάτων ἔμφασιν· ταύτῃ τοι, καὶ μετὰ τὸ περὶ τῶν παθημάτων δι' ἑαυτοῦ μνησθῆναι, τὰ τῆς γεννήσεως, ὡς ἀπὸ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ φθέγγεται, καί φησιν· ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου· τουτέστιν, ὦ μῆτερ, καιρὸς ἐστὶ γεννηθῆναί σε ἐν τῇ γῇ, εἰς κατοικητήριον ἐμοῦ τοῦ διὰ σὲ γεγένοτος βροτοῦ· ὁ καιρὸς γὰρ παρῆλθε τοῦ τῆς ἀπιστίας χειμῶνος. καὶ ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν· ἤγουν, ὁ τῆς εἰδωλομανίας κατακλυσμὸς ἅμα ταῖς πονηραῖς πέπαυται πράξεσιν· ἐπορεύθη ἑαυτῷ

ἤτοι

CANT.

Ecce iste stetit post parietem nostrum, limis prospiciens oculis per fores, cernuus respiciens per retia.

SCHOLIA.

Humanā pro nobis à Deo Saluatore assumptā carnem, *Parietem* nominauit. *Post parietem* vero *nostrū*: comitantes nimirum carnem, passiones, reatus expertes: quas nobiscũ communicauit, factus homo. Vt igitur paries obstat, quò minus quæ in domo sunt, spectentur: ita & Dei Verbi caro in seipsa occlusit ipsius diuinitatem, quę oculorũ fugere obtutũ: adeo vt vix quodammodo, & quasi per retia, apparuerit Discipulis in mõte Thabor. *Cernuus respiciens per retia*: Ea nimirum quę pro nobis in passione pertulit. In hisce.n. maxime se Deum esse ostendit, sole quidē deficiente, luna pręter opinionē subrepēte, & petris scissis, ac mortuis è monumētis surgētibus: &, vt paucis absoluā, vniuerso demōstrāte se Orbe, illius se sisse passionē

VVLG.

En ipse stat post parietē nostrum. respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Matt. 17.

CANT.

10. *Respondet nepos meus, & dicit mihi: Exurge, veni propinqua mea, formosa mea columba mea. Quia ecce hiems præterÿt, imber abÿt, per se recessit.* 11. *Flores visi sunt in terra, tempus incisionis præuenit.*

SCHOLIA.

Non composita serie, assumptionem carnis à Deo Verbo Propheta refert sed vt ei dictabat Spiritus sanctus. modò quidē se ipsum introducens de ea disserentem: modò verò nouā Dei ex gentibus coactā Ecclesiam: interdū autem longè omnium præclarissimā Dei Verbi matrem. & vt paucis absoluam, diuino afflatus numine, iugiter variabat mutabatq. personarum, rerumq. speciē. Ex quo factū est, vt postquā ea quę in passione pertulerat memorauerit: quę ad natalitia pertinent, veluti ex vnigeniti Dei filij persona exponat, ac dicat: *Exurge, veni propinqua mea*, hoc est, Tempus est ò mater, vt tu nascaris in terra, vt sis domicilũ mihi, ex te nascituro mortali. Tempus enim hiemis nimirum infidelitatis *præterÿt & imber abÿt*, videlicet, idololatriæ eluuies, cum prauis pariter desijt operationibus. *Per se recessit*

VVLG.

Et dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & venit. Iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tēpus putationis aduenit.

 vide-

videlicet, penitus sublatus est. *Visi sũt* autem *flores in terra*, iustitiæ sole præclarè orbem calefaciente terrarum, & suauiter fragrantia diuina nobis præcepta prębente. Prauenit autem & *incisionis tempus*: videlicet metendi, præclara florum bona: vel secandi vitiositatis radices, quemadmodum eximius dixit Abacuc: *Accedentibus annis cognosceris: & quum aderit tempus, ostenderis.*

Abac. 3. 2.

ἤτοι, παντελῶς ἠφάνισαι· ὤφθη δὲ τὰ ἄνθη ἐν τῇ γῇ· τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου λαμπρῶς τὴν οἰκουμένην θερμαίνοντος, καὶ τὰς εὐώδεις ἡμῖν θεουργοὺς ἐντολὰς παρεσχηκότος· ἔφθακε δὲ καὶ ὁ τῆς τομῆς καιρὸς, τοῦ δρέψασθαι δηλονότι, τὰ ἐξαίρετα τῶν ἀνθέων. ἢ καὶ ἐν ᾧ ἡ τῆς κακίας ῥίζα τμηθήσεται, ὡς ὁ θαυμάσιος ἀββακοὺμ εἴρηκεν· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ.

VVLG.

Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea.

CANT.

Vox turturis audita est in terra nostra.
13. ***Ficus protulit grossos suos, vineæ florescunt, dederunt odorem: exurge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea.***

ΑΣΜΑ

Φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς· αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν· ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου.

SCHOLIA.

Postquam regium exposuit aduentũ, necesse erat præmitti quoq. præconem: ideo dicit: *Vox turturis audita est in terra nostra*. Illius, inquam, qui instar turturis, perrexit in desertum: qui ex sterili natus est: qui etiam ante suum ortum, Christum annunciauit: & de quo eximius loquutus est Esaias, dicens: *Vox clamantis in deserto parate viam Domini. Ficus* porro *protulit* etiam *grossos suos*: Infructuosa nimirum Ecclesia Iudæorum inania, & irrita sua concilia. quamuis enim discipulos ex Hebræis scimus electos; ipsi nihilominus omni studio priora illorũ Hebræorum opera reprobãtes, adeo perfecti fuere, vt, & si ex ipsis eos natos fuisse dicatur non tamen illorum mores fuisse sectatos, constet: neque generis eorũ participasse qualitates, asseratur. Meritò itaque filij vocari nequeunt, illorum, qui postea, tamquam infructuosa ficus, à Christo maledicti, exaruerunt. *Vinea* autem ex gẽtibus, noua hæc Sion, quam, & transtulit Deus ex ægyptiaca tyrannide, sæui nimirum Pharaonis; flores producunt fidelium; qui quidem *dederunt* etiam *odorem*, scilicet martyrij, vitam diuiniorem exercentes. Deinde tamquam sermonem repetens, *Exurge*, inquit, *veni proxima mea, formosa mea, columba mea.* hoc est purissimum te mihi domicilium velim expedias, & reddas; oportet enim sellam ante regium adornari aduentum.

Esai. 40. 3.

Matt. 21. 19

ΣΧΟΛΙΑ

Ἐπειδὴ τὴν βασιλικὴν εἴρηκε παρουσίαν, ἀνάγκη πεμφθῆναι καὶ κήρυκα, καί φησί· φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· τοῦ ὡς τρυγὼν ἐν τῇ ἐρήμῳ βαδίζοντος· τοῦ ἐκ τῆς στείρας γεγεννημένου· τοῦ πρὸ καὶ τῆς γεννήσεως, τὸν χριστὸν καταγγείλαντος· περὶ οὗ, καὶ ὁ θαυμαστὸς Ἡσαΐας εἴρηκε, λέγων· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου. ἐξήνεγκε δὲ καὶ ἡ συκῆ τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς· ἡ ἄκαρπος ἐκκλησία τῶν ἰουδαίων· τὰ ἄπρακτα καὶ ἀνόνητα τούτων συνέδρια. εἰ γὰρ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐκ τῶν ἑβραίων ἴσμεν ἐκλελεγμένους· ἀλλὰ πάσῃ σπουδῇ τὰ ἐκείνων πρότερον κατεγνωκότες, οὕτως ἐτελειώθησαν, ὥστε εἰ καὶ ἐξ αὐτῶν τούτους εἴποι τίς ἄν· ἀλλ' οὐ τοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν τρόποις· οὐδὲ μετέχον τῆς ἐκ γένους αὐτοῖς, ποιότητος· εἰκότως οὖν οὐδὲ παῖδες ἂν αὐτῶν καλοῖντο· ὡς γὰρ ἄκαρπος τὸ λοιπὸν συκῆ, ὑπὸ χριστοῦ κατηραθέντες, ἐξηράνθησαν· αἱ ἐξ ἐθνῶν δὲ ἄμπελοι, ἡ νέα αὕτη Σιὼν, ἣν καὶ μετήνεγκεν ὁ θεὸς ἐξ αἰγύπτου, τῆς τυραννίδος, δηλονότι, τοῦ πικροῦ Φαραώ. κυπρίζουσι τοὺς πιστούς· οἵτινες καὶ ἔδωκαν ὀσμήν. ἤτοι τὴν διὰ μαρτυρίου· τὴν δι' ἀσκήσεως θειοτέραν ζωήν. εἶθ' ὥσπερ ἐπαναλαμβάνων τὸν λόγον· ἀνάστα, φησίν, ἐλθὲ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου· τουτέστι τὸ ἐμὸν καθαρώτατον οἴκημα ἑτοιμάσθητι, γεννήθητι· δεῖ γὰρ πρὸ τῆς βασιλικῆς παρουσίας, ἑτοιμασθῆναι τὸν δίφρον.

CANT.

ΑΣΜΑ.

ΑΣΜΑ.

Καὶ ἐλθὲ σὺ περιστερά μου σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος· δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου, ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὁ μὲν τῶν ἰουδαίων λαὸς, ὡς ἀκάθαρτος ἐξεβλήθη παρὰ θεοῦ· ἡ δὲ πανάμωμος παρθένος, ἅτε καθαρώτατος οὖσα ναὸς, εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ ἀφώρισται, καὶ φησὶ πρὸς αὐτήν· ἐλθὲ σὺ περιστερά μου ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος· ἤγουν, ἐλθὲ ἕνεκα τοῦ περιβαλλέσθαι με σάρκα, κεκοινωνηκυῖαν ὡσαύτως ἅπασιν τῶν ἀδιαβλήτων παθῶν· ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας· ἐν ᾗ τὴν ἐκκλησίαν χριστὸς ᾠκοδόμησεν· ἐξ ἧς καὶ Μωϋσῆς συμβολικῶς τὸν λαὸν διψῶντα ἐπότισεν· αὐτὸς καὶ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, πρὸς θεοπτίαν ἑαυτὸν παραστήσας θεῷ, ὑπὸ τὴν πέτραν ἐσκεπάζετο, τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα χριστόν· καθὼς καὶ ὁ Δαβὶδ συμμαρτυρεῖ, λέγων· λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου· ἤτοι τὴν ἀπερικάλυπτόν σου, καὶ καθαρὰν ἔννοιαν, καὶ μηδαμοῦ λογισμῶν ῥύπον ἔχουσαν. καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου, τήν, ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

CANT.

14. *Et veni tu columba mea in tegmine petræ, iuxta propugnaculum. ostende mihi aspectum tuum, & fac me audire vocem tuam: quia vox tua suauis, & aspectus tuus decorus.*

SCHOLIA.

IVdæorum quidem populus vt immundus à Deo est reprobatus: Virgo verò omni ex parte labis expers, tamquã purissimum templũ, in ipsius electa est domicilium, ad quam dicit: *Veni tu columba mea in tegmine petræ, iuxta propugnaculũ.* videlicet, veni vt tu me carne vestias, quò perinde sim ac ceteri, particeps irreprehensibiliũ passionum. *In tegmine petræ.* super quã Christus ædificauit Ecclesiam: ex qua figuratè quoq. sitientem potauit populũ Moyses ille, qui etiam quũ in mõte Sina corã Deo constitisset, vt ipsũ Deũ videret, protectus est à petra, à Christo nimirum, qui propter nos caro factus est, quemadmodum etiam Dauid, suo pariter testimonio firmat dicens: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Ostende mihi aspectũ tuum, & fac me audire vocem tuam.* claram videlicet, apertam, & candidam mentem tuam, nullaque omnino fæda cogitatione inquinatam, *& fac me audire tuam illam vocem*, illam, quam, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

Exod. 33. 22.

Psal. 117.

Luc. 1.

VVLG.

Et veni columba mea in foramini bus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis & facies tua decora.

ΑΣΜΑ.

Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς, ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας· καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ διδασκάλους τοῦ νόμου, τοὺς κατεσθίοντας τῶν χηρῶν τὰς οἰκίας, καὶ προσευχομένους, προφάσει μακρά, διὰ τὸ ἀπατηλὸν καὶ ὕπουλον αὐτῶν τῆς ψυχῆς, εἰς ἀλωπέκων εἶδος μετήνεγκε· καὶ φησί, πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικρούς· τουτέστιν, ἐπέχετε· κωλύσατε τῆς ἀπατηλῆς, καὶ ψυχοφθόρου διδασκαλίας. μικροὺς δ' αὐτοὺς προσείρηκεν, ὡς μηδὲν μέγα, μηδ' ὑψηλὸν περὶ θεοῦ

CANT.

15. *Capite nobis vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas: & vineæ nostræ florescunt.*

SCHOLIA.

PRincipes Sacerdotum, & legis doctores, *Qui deuorant viduarum domos, simulantes longam orationem*, ob fucatum, & dolosum ipsorum animum, in vulpium similitudinem eos introducit, ac dicit: *Capite nobis vulpes paruas.* hoc est, compescite, prohibete fucatam disciplinam, quæ corruptela est animarũ. *Paruas* autẽ *vulpes* eos ipsos, appellat; vtpote, qui neq. magnum, neque sublime quicquã de Deo

Luc. 20. 47

VVLG.

Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.

Deo sentiant, soli vero litteræ, ac figuris tamquam pueri, adhærescant. *Quæ demoliuntur vineas*: suas, inquam, ipsorum synagogas. *Et vineæ nostræ florescũt.* Ac si diceret, synagogæ quidem Iudæorum se ipsas demolitæ sunt: ex Ieremiæ Prophetæ sententia, dicentis. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam*. Ecclesiæ verò ex Gentilibus fidelibus *florescunt*, non secus ac botrus, populus nimirum Deo acceptus.

Ierem. 12.

θεοῦ διανοουμένους, γράμματι δὲ μόνῳ καὶ τοῖς τύποις, ὥσπερ παιδία προσανέχοντας. ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας· τὰς ἑαυτῶν δηλονότι συναγωγάς. Καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν· ἤγουν, αἱ μὲν συναγωγαὶ τῶν Ἰουδαίων ὑπ' αὐτῶν διώλοντο κατὰ τὸ παρὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου εἰρημένον· ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου· αἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαι πιστῶν κυπρίζουσιν, ὡς βότρυς, τὸν εὐάρεστον λαὸν τοῦ θεοῦ.

VVLG.

Dilectus meus, mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

CANT.

16. *Frater meus mihi, & ego illi, qui pascit in liliis, donec aspiret dies, & amoueantur vmbræ.*

ΑΣΜΑ.

Ἀδελφός μου ἐμοί, κἀγὼ αὐτῷ ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις· ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.

SCHOLIA.

QVem paulò ante filium ex filia Dauid natum, Nepotem appellarat, eundem nominauit & Fratrem, vti filium Dauid, & dicit: *Frater meus mihi, & ego illi.* Hoc est, ille mihi gratiã spiritus, & ego illi præconium longè ante deferam. *Qui pascit in liliis*; Qui nunc videlicet, in ænigmatibus, & figuris, atque Prophetis loquitur. *Donec aspiret dies, & amoueantur vmbræ*. hoc est, Quousque manifesta fiat eius ad homines accessio, carnisque assumptio. id enim diei quoque splendorem appellat, ex Saluatoris sententia dicentis: *Ego lux veni in mundum*. *Et amoueantur vmbræ*: Recesserint, scilicet figuræ, & de Christo à Prophetis per ænigmata dicta.

Ioan. 12. 46.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὃν ἀνωτέρω ἐκ τῆς Δαβὶδ τεχθέντα υἱὸν ἀδελφιδοῦν προσηγόρευσε, τὸν αὐτὸν, καὶ ἀδελφὸν, ὡς τοῦ Δαβὶδ υἱὸν, εἴρηκε, καὶ φησί· ἀδελφός μου ἐμοὶ κἀγὼ αὐτῷ· τουτέστιν, αὐτὸς ἐμοὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, κἀγὼ τὴν προκήρυξιν. ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις· ἤτοι, ὁ ἐν αἰνίγμασι νῦν, καὶ τύποις, καὶ προφήταις λαλῶν. ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί· τουτέστι, μέχρις οὗ φανερωθῇ ἡ ἐκείνου πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημία, καὶ σάρκωσις· τοῦτο γὰρ καὶ ἡμέρας διαυγείαν φησί, κατὰ τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον· ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα· καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί· ἤτοι, παρέλθωσιν οἱ τύποι, καὶ τὰ περὶ χριστοῦ αἰνιγματωδῶς τοῖς προφήταις εἰρημένα.

VVLG.

Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq. ceruorum super montes Bethel.

CANT.

17. *Reuertere, similis esto tu frater mi, capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes concauos.*

ΑΣΜΑ.

Ἀπόστρεψον, ὁμοιώθητι σὺ ἀδελφέ μου τῷ δόρκωνι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων.


SCHOLIA.

QVasi diceret, ostende tui ipsius præsentiam, & *similis esto capreæ*: per crucem nimirum, sustine mortem: duritiem, salebrasque peccati subige, pedibusque calca. quemadmodum, & paulo ante declaratum est.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀντὶ τοῦ, ἐπίφανον τὴν σαυτοῦ παρουσίαν, καὶ ὁμοιώθητι τῷ δόρκωνι· ἤτοι, ὑπομένων τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον· ὑποπάτασσον τὸ τραχὺ τῆς ἁμαρτίας, καθὼς καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται.

CAPVT



CAPVT TERTIVM.

ΑΣΜΑ.

Ἐπὶ τὴν κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. ἐκάλεσα αὐτὸν καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου.

ΣΧΟΛΙΑ.

Διὰ τῆς κοίτης τὴν ἀκηδίαν ἐσήμανε. καὶ ὁ φησὶν ὁ προφήτης Δαβίδ· ἀκηδία κατέσχε με, ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου· τοῦτ' ἐστὶ κατίδοι τοὺς μαθητὰς πεπονθότας, ἡνίκα τὸ ἀνέσπερον φῶς ἐν τῷ τάφῳ ἔδυ. περὶ τὴν τῶν σταυρωτῶν ἀφορῶντας μανίαν· ὡς ἐξ αὐτῶν οὖν φησίν· ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· τουτέστιν, ἀκηδιάσασα πρὸς τὴν ἀπέχθειαν τῶν μιαιφόνων Ἰουδαίων. ὑπὸ σκότος καὶ οὐ παρρησίᾳ ἐζήτησα τὸν ἠγαπημένον νυμφίον Χριστόν· ἐζήτησα αὐτὸν καὶ οὐχ εὗρον· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. νῦν μὲν ὡς ἐν τάφῳ καταπαύσαντα τὸν δημιουργὸν, ἀπὸ τῶν τοῦ εὐαγγελίου ἔργων αὐτοῦ. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ διὰ τὸ ἀναστῆναι· ταῦτ' ἤτοι καὶ οὐχ ὑπήκουσε τῶν μαθητῶν κεκραγότων. τοῦτο καὶ Δαβὶδ περὶ αὐτὸν εἴρηκεν· ἐκέκραξα, καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων. ἐν νυκτὶ, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί.

ΑΣΜΑ.

Ἀναστήσομαι δὴ, καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει· ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ ζητήσω ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. εὕροσάν με οἱ τηροῦντες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει. μὴ ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου ἴδετε;

ΣΧΟΛΙΑ

CANT.

In cubili meo in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea: quæsiui eum, & non inueni: vocaui eum, & non obaudiuit me.

VVLG. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.

SCHOLIA.

PER *cubile* ipsum significauit acediam. & quod Dauid Propheta affirmat: *Acedia tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam*: illud idem videre est, passos fuisse discipulos, quãdo lux illa, quæ vespere caret, occidens immersa sepulchro, ipsi insanã spectarũt crucifigẽtiũ furorẽ. ex discipulorum itaq. persona dicit: *In cubili meo quæsiui quẽ diligit anima mea.* hoc est, acedia sum affectus, nõ sine odio in Iudæos cæde pollutos. tenebræ cum essent, nec fandi libertas foret, quæsiui dilectum sponsum Christum. *Quæsiui eum, & non inueni: vocaui eum, & non obaudiuit me.* nunc quidem quasi requiescentem in sepulchro conditorem, ab operibus Euangelii eius. quia autem mox resurrecturus quoq. erat, idcirco nõ obaudiuit discipulos clamantes. idque Dauid de ipso dixit: *Clamaui, & non erat Saluator: nocte, & non ad insipientiam mihi.*

Ps. 118.53.

Psal. 21.3

CANT.

2. Surgam iam, & circuibo in ciuitate, in foris, & in plateis, & quæram quem diligit anima mea. quæsiui eum, & non inueni eum: vocaui ipsum, & non obaudiuit me. 3. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in ciuitate: num quem diligit anima mea, vidistis?

VVLG. Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas, quærã, quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & nõ inueni.

SCHO-

SCHOLIA.

8. *Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & in viribus agri: si inueneritis nepotem meum; renunciate ei quod vulnerata amore ego sum.*

ΑΣΜΑ.

Ὤρκησα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν εὕρηται τὸν ἀδελφιδόν μου, ἀπαγγείλατε αὐτὸν ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμὶ ἐγώ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Οὐκ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, τὸν αὐτὸν παρήγαγεν ὅρκον, ὃν καὶ πρότερον ταῖς θυγατράσι τῆς Ἱερουσαλήμ· ἀλλ' ἐνταῦθα θυγατέρας τῆς Ἱερουσαλήμ, τὰς ἀκολουθησάσας τῷ δεσπότῃ, καλεῖ μαθητρίας· αἳ, καὶ διὰ μαρτυρίου τὸν δρόμον ἠνύκασιν. ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μου, ἀπαγγείλατε αὐτὸν, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμὶ ἐγώ. οὐχ ὡς ἀγνοοῦντα τὸν ἑαυτῆς υἱὸν, καὶ δεσπότην, παραγγυᾶται ταῖς γυναιξὶ, τὴν ταύτης ἀγάπην, πρὸς αὐτὸν ἀπαγγεῖλαι· πῶς γὰρ ἂν ἠγνόει, καὶ πρὶν γενέσεως ἕκαστα εἰδώς· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν πόθον, εἰς τὴν ἐκείνου πίστιν ἐπαύξουσα. ταύτῃ τοι, καὶ ἐὰν εὕρητε φησί. τουτέστι, σπουδάσατε εὑρεῖν.

SCHOLIA.

NOn eodem sensu, sacramento filias cōpellat Hierusalē, quo & prius iureiurando adegerat: sed hic, filias Hierusalem sequentes Dominū vocat, discipulas: quę per martyrium, vitę curriculum perfecerunt. *Si inueneritis nepotē meū, renunciate ei, quod vulnerata amore ego sū.* Nō quod eiusmodi rei suū ipsius filiū & dominū ignarū fore, existimauerit, præcipit mulieribus suū erga nepotem renuncient amorē. qui n. fieri poterat, vt ignoraret id is, qui etiā antequam nasceretur singula norat? sed quò, hunc ipsū ad illius fidem animi affectū, exaugeret. quocirca dicit: *Si inueneritis.* idest, cōtendite, vt inueniatis.

ΑΣΜΑ.

Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ; ὅτι οὕτως ὥρκισας ἡμᾶς.

CANT.

9. ***Qualis nepos tuus à nepote, pulchra in mulieribus? qualis nepos tuus à nepote? quia sic adiurasti nos.***

VVLG.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos:

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὡς ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἡ ἐρώτησις τῷ προφήτῃ τέθηται, καὶ φησί· τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ; τουτέστι· τί διαφέρει ὁ υἱός σου, ἀπὸ τῶν ἄλλων υἱῶν τῶν γυναικῶν; ὅτι ὥρκισας ἡμᾶς ἐπ' αὐτόν.

SCHOLIA.

TAmquam à mulieribus interrogatio hæc foret, à propheta posita est. dicit enim: *Qualis nepos tuus à nepote?* hoc est, in quo differt filius tuus à ceteris aliarum mulierum filijs, quia adiurasti nos per ipsum?

ΑΣΜΑ.

Ἀδελφιδός μου λευκὸς, καὶ πυῤῥὸς ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων.

CANT.

10. ***Nepos meus candidus, & igneus, selectus ex decem millibus.***

VVLG.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

ΣΧΟΛΙΑ.

Διεγείρασα τὸ πρόθυμον τῶν γυναικῶν ἡ παναμώμος παρθένος, ὥστε δὶς ἐπανερωτᾶν αὐτὰς περὶ τοῦ ταύτης υἱοῦ, τίς τέ ἐστι· τί διαφέρει τῶν ἄλλων· καθ' ἕκαστον τὴν ἀπολογίαν ποιεῖται, καὶ φησίν. ἀδελφιδός μου λευκὸς καὶ πυῤῥὸς, ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων· τὰ γνωρισικὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος διὰ τῶν τοιούτων ἐξαριθμεῖται, φάσκουσι· ὁ ἐν ἐμοὶ σαρκωθεὶς υἱὸς τοῦ θεοῦ, λευκός ἐστι καὶ πυῤῥός. τουτέστι. φῶς νοερὸν, καὶ πῦρ ἄσεκτον καὶ ἀπρόσψαυσον· διὰ μὲν γὰρ, τοῦ λευκοῦ, τὸ λαμπρὸν καὶ φωτιστικὸν ἐσήμανε· διὰ δὲ τοῦ πυῤῥοῦ, τὸ ἄσεκτον καὶ ἀπρόσψαυσαν τῆς αὐτοῦ θεότητος. ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυ-

SCHOLIA.

EXcitato à purissima Virgine mulierum desiderio, ita vt semel, atque iterum de suo interrogarint filio, quinam foret, & in quo à ceteris differret: ad singula respondet, & dicit: *Nepos meus candidus est, & igneus: selectus ex decem millibus.* notiones ipsius diuinitatis per eiusmodi enumerauit, dicens: Filius Dei, qui ex me carnem assumpsit, *Candidus est, & igneus.* hoc est, Lux intellectualis est, & ignis intolerandus, & minime attingendus. Per candorem enim splendorem, lucemque significauit. per ignem vero intolerandam, nec attingendam eius diuinitatem. *Selectus ex de-*

decem millibus: siue, *Electus*. de ipso enim Deus, & Pater per os Esaiæ dicit: *Ecce puer meus quem elegeram, in quem complacuit anima mea.*

μυριάδων. ἤγουν, ἐκλελεγμένος· ἀπὸ αὐτοῦ γάρ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, διὰ στόματος Ἠσαΐας φησίν· ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ἐξελεξάμην· εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου.

Esai. 42.

VVLG. Caput eius aurum optimum. Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

CANT.

11. *Caput eius aurum cephaz: cincinni eius crispi, nigri veluti coruus.*

ΑΣΜΑ.

Κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον κεφάζ· βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλαταί, μέλανες ὡς κόραξ.

SCHOLIA.

CAput eius aurum est cephaz hoc est, superna ipsius generatio est intellectualis, & quæ attingi nequit. aurū enim sępè sæpius, vim ignis significat. *Cincinni autē eius crispi, nigri veluti coruus*, quæ superá sunt, significauit, capitis eius, hoc est diuinæ eius substantiæ: eaq. inuisibilia, & incomprehensa fore. quo circa & nigra fore dixit. quod itidem, diuinus pater Dauid ante exposuerat, dicēs: *Posuit tenebras latibulū suū.* qui per tenebras id vtiq. quod cōprehendi nequit, expresit.

Psal. 17. 12.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον ἐστὶ κεφάζ· τουτέστιν, ἡ ἄνω αὐτοῦ γέννησις, ἀπερίσφαυστος καὶ νοερά. πολλαχοῦ διὰ τοῦ χρυσοῦ, ἐδήλωσε τοῦ πυρὸς τὴν ἐνέργειαν· αἱ δὲ βόστρυχοι αὐτοῦ, ἐλαταί, μέλανες ὡς κόραξ· τὰ ἄνωθεν δηλονότι, τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· τουτέστι, τῆς θείας ὑπάρξεως· ἀθεώρητα, καὶ ἀκατάληπτα· διὰ τοῦτο καὶ μέλανα εἴρηκε. τοῦτο καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ προειρηκὼς, λέγων· ἔθετο σκότος εἰς ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. διὰ τοῦ σκότους, δηλονότι τὸ ἀκατάληπτον εἰρηκώς.

VVLG. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum.

CANT.

12. *Oculi eius sicut columbæ, super plenitudines aquarum.*

ΑΣΜΑ.

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραί, ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων.

SCHOLIA.

PEr huius columbæ nomen simplicitatem, atque puritatem oculorum eius significauit. *Super plenitudines aquarum.* idest, qui repleti erant Spiritu sancto: passim enim diuina scriptura, Spiritum sanctum Aquam nominauit. quemadmodum, & Saluator ipse, dixit in lege. *Qui credit in me, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ.* videlicet sanctissimi Spiritus gratia. Itaque *Plenitudines aquarum*, intelligendi sunt ipsi Christi fideles. quemadmodum Salomonis quoq. pater Dauid longe ante dixit: *Oculi Domini super iustos.*

Ioan. 7. 38

Psal. 33.

ΣΧΟΛΙΑ.

Διὰ τοῦ τῆς περιστερᾶς ὀνόματος, τὸ ἀκέραιόν τε καὶ καθαρὸν, ἐδήλωσε τῶν αὐτοῦ ὀφθαλμῶν. ἐπὶ πληρώμασιν ὑδάτων· τουτέστι, πεπληρωμένων τοῦ ἁγίου πνεύματος· πολλαχοῦ γὰρ ἡ θεία γραφὴ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὕδωρ ὠνόμασε· καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐνετείλατο· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος· δηλονότι, τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος· ἐκείνου αὐτοὺς τοὺς τῷ χριστῷ πεπιστευκότας, πληρώματα ὑδάτων ὑποληπτέον. καθὼς προλαβὼν, ὁ τούτου πατὴρ εἴρηκε Δαβίδ. ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους

VVLG. Genæ illius sicut areolę aromatum consitæ à pigmentarijs.

CANT.

13. *Maxillæ eius sunt phialæ aromatis, producentes vnguentaria.*

ΑΣΜΑ.

Σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, φύουσαι μυρεψικά.

SCHOLIA.

QVemadmodum phialæ aromatum, ingentem fragrantiam præbent ijs, qui propè adsunt: sic & Vnigenitus Dei filius vberem in eum credentibus, sanctissimi spiritu gratiam

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὥσπερ αἱ τῶν ἀρωμάτων φιάλαι, πλήρη ὅλην τὴν εὐωδίαν παρέχουσι τοῖς ἔγγιστα γινομένοις· οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, πλουσίαν τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος χάριν

χάριν μετέδωκε· λάβετε γάρ, φησὶ, πνεῦμα ἅγιον.

ΑΣΜΑ.

Χείλη αὐτοῦ κρίνα, στάζοντα σμύρναν πλήρη.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τοὺς διὰ τῶν χειλέων τοῦ σωτῆρος πρὸς ἅπαντας, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων προφερομένους θεαρχικοὺς λόγους. κρίνα στάζοντα σμύρναν προσηγόρευσε. κρίνα μὲν, διὰ τὸ εὐῶδες τοῦ φυτοῦ, καὶ πᾶσιν ἐπέραστον· στάζοντα δὲ σμύρναν πλήρη· διὰ τὸ συνεκτικὸν, καὶ διαρκὲς, καὶ πανταχόθεν ἐπέχον, καὶ στηρίζον τοὺς παραδεχομένους τὸ εὐαγγέλιον. ἢ καὶ, διὰ τὸ πικρὸν, καὶ δοκοῦν σκληρὸν τοῦ κατὰ θεὸν ἀπαγγέλματος. ἡ γὰρ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα φησὶν, εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, στενὴ, καὶ τεθλημένη ἐστίν.

ΑΣΜΑ.

Χεῖρες αὐτοῦ τορνευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι, θαρσεῖς.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πάντα διὰ τῶν χειρῶν τοῦ θεοῦ πρὸς ἡμᾶς γεγεννημένα, τοῦ κόσμου θαυμαστὰ πεπληρωμένα εἰσὶ τῆς παρ' αὐτοῦ καλλονῆς· ἰδοὺ γάρ φησι, τὰ πάντα καλὰ λίαν. διὰ δὲ, τοῦ φάναι, αἱ χεῖρες αὐτοῦ τορνευταὶ, χρυσαῖ. τὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν στοιχείων ἰσομοιρίαν δηλοῖ· καὶ πρὸς ἄλληλα σύγκρασιν. πεπληρωμέναι, θαρσεῖς. ἀντὶ τοῦ μέτοχα τῆς παρ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς θεοειδοῦς, προνοίας.

ΑΣΜΑ.

Κοιλία αὐτοῦ ὡς πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφήρου.

ΣΧΟΛΙΑ.

Σαφέστατα καὶ τούτοις δείκνυσιν ὁ προφήτης, ὡς οὐ περί τινος ἀνθρώπου διαλέγεται· τίνος γὰρ ἂν εὑρεθείη ἡ κοιλία, ὡς πυξίον ἐλεφάντινον· ἀλλ' ἢ δῆλον περὶ μεγίστου τινὸς, καὶ τὰ μέγιστα νενομοθετηκότος, τὴν προσηγορίαν ἐκτέθειται. διὰ γοῦν τῆς κοιλίας, τὴν καρδίαν ἐσήμανεν, ἐν ᾧ τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς παρὸν τυγχάνει· ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· ὁ ἀγαθὸς ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ

ἐκ

gratiam impertit. *Accipite*, enim dixit, *Spiritum sanctum*. Ioan. 20.

CANT. VVLG.

Labia eius lilia stillantia myrrhā plenā.

Labia eius lilia distillātia myrrhā primam.

SCHOLIA.

PRolatos sermones diuinos per labia Saluatoris ad omnes, & pro omnibus *Lilia stiltantia myrrhā*, appellauit. *Lilia* quidem, propter fragrantiā plātę, & quia ab omnibus deamantur. *Stillantia* verò *myrrham plenam*: propter vim abunde, sufficienterq. seruandi, & continendi. & quia vbique colligunt, conseruant, & confirmant eos, qui suscipiunt Euangelium. Vel etiam ob difficilem, & strigosā, asperamq. vt videtur, obseruationē mandatorum Dei. *Angusta* enim, inquit *& arcta est via, quæ ducit ad regnum cælorum.* Matt. 7.

CANT. VVLG.

14. *Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ, tharsis.*

Manus illius tornatiles aureę, plenæ hyacinthis.

SCHOLIA.

OMnia, quæ propter nos in mundo admirabilia, Dei manu sunt facta, eius plena sunt pulchritudine. *Ecce enim*, inquit, *omnia pulchra valde*. Dum autem dixit: *Manus eius tornatiles, aureæ*; Aequalem in singulis elementis portionem, designat, illorumq. inter se connexionem. *Plena, tharsis*. Ac si diceret: diuinæ eius erga nos participantes pietatis, & prouidentiæ. Gen. 1.

CANT. VVLG.

Venter eius veluti tabula eburnea super lapidem sapphiri.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

SCHOLIA.

APertissimè in ijs quoque propheta demonstrat, se non de quouis homine verba facere. nam cuius vnquā inuenietur venter, *Veluti tabula eburnea?* Verumenimuero clarè ostendit, se maximi cuiuspiam, ac summi Legislatoris nomen, voluisse exprimere. Per ventrem itaque, cor significauit; in quo intellectus animæ residet. quemadmodum etiam ipse Saluator in Euangelijs dicit: *Bonus homo de bono cordis sui thesauro* Matt. 12.

profert

profert bona; & malus de malo cordis sui thesauro profert mala. Veluti tabula eburnea. sicut liber, nimirum, ex quo proferuntur sermones à Deo instituti: quos omnibus, quæ sua est benignitas, palam proposuit. ipsa videlicet lex ex Sion, mundo pro eius salute insita. de qua diuinus quoque pater Dauid, ait: *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Et Esaias dixit: *De Sion exibit lex.* Nemo autem ante ipsum, vel post ipsum ex Sion legē protulit. porro quemadmodum per tabulas Mosaicas lex data est prisco illi populo Israel: sic & per ea quæ emanarunt ex ventre incarnati filij Dei, gratia, & veritas credentibus data est. *Super lapidem sapphiri.* fundata videlicet, supra petram. *Tu enim es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Psal. 13.7.
Esai. 2.
Matt. 16.

ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἐκβάλλει τὰ πονηρά· ὡς πυξίον ἐλεφάντινον· ἤτοι βιβλίον, τοὺς ἐκπορευομένους ἐξ αὐτοῦ θεοποιοὺς λόγους· πᾶσιν ἀγαθοπρεπῶς προτείνοντας. αὐτὸν δηλαδὴ, τὸν ἐκ τῆς Σιὼν, πεφοιτηκότα τῷ κόσμῳ, σωτηριώδη νόμον· περὶ οὗ, καὶ ὁ θεοπάτωρ εἴρηκε Δαβίδ· τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; καὶ Ἠσαΐας· ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος. οὐδεὶς δὲ, πρὸ αὐτοῦ, ἢ μετ' αὐτὸν, ἐκ τῆς Σιὼν ἐξήνεγκε νόμον· ὥσπερ δὲ, διὰ τῶν Μωσαϊκῶν πυξίων, ὁ νόμος δέδοται τῷ παλαιῷ Ἰσραήλ· οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐκπορευομένων ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ σαρκωθέντος υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἡ χάρις καὶ ἀλήθεια τοῖς πιστοῖς· ἐπὶ λίθου σαπφείρου. τεθεμελιωμένα δηλονότι, ἐπὶ τὴν πέτραν· σὺ γὰρ εἶ φησι. Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν

VVLG.

CANT.

15. *Crura eius columnæ marmoreæ, fundatæ super bases aureas.*

Crura illius columnæ marmoreę quæ fundatæ sunt super bases aureas.

ΑΣΜΑ.

Κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι· τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς.

SCHOLIA.

PEr hęc omnia, inconcussam, veramq. Dei Verbi in ęternū manentis stabilitatem, demonstrat. *Crura* verò, & posteriora, & alia itidē humano more ei tribuit pro ratione earum, quę in nobis sunt, partium.

ΣΧΟΛΙΑ.

Διὰ τούτων πάντων, τὸ ἀσφαλὲς, καὶ ἀπαρέγκλιτον τῆς τοῦ θεοῦ λόγου μονιμότητος δείκνυσι. κνῆμαι δὲ, καὶ ὀπίσθια, καὶ τὰ ἄλλα ἀνθρωποπρεπῶς περὶ αὐτοῦ τίθησι, κατ' ἀναλογίαν τῶν ἐν ἡμῖν μερῶν.

VVLG.

CANT.

Species eius sicut Libanus electus, sicut cedri. 16. *Guttur eius dulcedo, & totus desiderium.*

Species eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

ΑΣΜΑ.

Εἶδος αὐτοῦ ὡς Λίβανος ἐκλεκτός. ὡς κέδροι. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς, καὶ ὅλος ἐπιθυμία.

SCHOLIA.

DIuinitatem eius, speciei assimilauit Libani. quia soli Deo consecratur, Libanus. Quæ verò ex ipsius prodeunt gutture, suauiora sunt quauis dulcedine. quibus Dauid qnoque delectatus: *Dulciora*, inquit, *eloquia Domini super mel, & fauum. Et totus desiderium.* Ipse nimirum, est desiderabilium summa, & apex: & ad quem peramanter diuinæ mentes, & omnes animæ iustorum, feruntur.

Psal. 18.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὴν ἐκείνου θεότητα εἰς εἶδος Λιβάνου ὡμοίωσε. θεῷ γὰρ μόνῳ Λίβανος ἀφιέρωται· τὰ δὲ ἐκ τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ ἡδύτερά εἰσι, παντὸς γλυκασμοῦ· τούτοις καὶ ὁ Δαβὶδ ἡδυνθείς. γλυκύτερα φησι τὰ λόγια κυρίου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. καὶ ὅλος ἐπιθυμία· ἤτοι αὐτὸς ὢν τῶν ἐφετῶν ἀκρότης· καὶ πρὸς ὃν ἐρωτικῶς οἵτε θεῖοι νοὲς, καὶ πᾶσαι δικαίων ψυχαὶ, ἀνατείνονται.

CANT. ΑΣΜΑ.

ΑΣΜΑ.

Οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀπόδοσις τῶν κατὰ μέρος γνωρισμάτων, τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου, δι' ἡμᾶς ἀφράστου σαρκώσεως· ἐπειδὴ γὰρ ἐζήτησαν αἱ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὁ ποῖος ὢν τυγχάνει, τὰ ἐκείνου ἡ μήτηρ ἀκριβῶς διεξελθοῦσα, ἐπάγει· τοιοῦτος ἐστὶν ἀδελφιδός μου, καὶ τοιοῦτος, οἷον ὑμῖν εἶπον, δηλονότι.

CANT.

Iste est nepos meus, & iste est propinquus meus, filiæ Hierusalem.

SCHOLIA.

Complexio eorũ est, quæ per partes cognosci possunt ineffabilis illius propter nos Incarnationis Verbi Dei, quia enim quæsierant filię Hierusalem, qualis esset, mater accurate illius recensitis partibus, infert. *Eiusmodi est nepos meus*. talis, inquam, qualem vobis retuli.

VVLG.

Talis est dilectus meus & ipse est amicus me' filiæ Hierusalem.

ΑΣΜΑ.

Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσωμεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου γνωρίσματα ἀσφαλῶς αἱ γυναῖκες μαθοῦσαι, καὶ τρωθεῖσαι καὶ αὐταὶ τῷ ἐκείνου ἔρωτι, ὡς πόθον ἦλθον αὐτῷ, καὶ φασί. ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου; τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς χαρᾶς, διπλασιάσασαι τὴν ἐρώτησιν. ἢ καὶ ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ᾄδουσι, δὶς τὰ αὐτὰ, καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνειν· καὶ ζητήσωμεν αὐτὸν μετὰ σοῦ. τουτέστιν, ἀκολουθήσωμέν σοι ἕως ἂν αὐτοῦ ἀπέλθῃς, ὡς τὴν ἐκείνου ζήτησιν· καὶ οὐ πολυπραγμονήσωμεν τὰ περὶ ἐκείνου, σοὶ ἀρέσκοντα.

CANT.


17\. *Quo abÿt nepos tuus, ò pulchra in mulieribus? quo abÿt nepos tuus? & quæremus eum tecum.*

SCHOLIA.


Quæ de Dei Verbo tuto cognosci possunt, edoctæ mulieres, ac etiam ipsæ eius amore sauciæ, ex eiusdẽ desiderio, dicunt. *Quo abÿt nepos tuus, ò pulchra in mulieribus? quo abÿt nepos tuus?* ex gaudii exuperantia iterarunt interrogationem. Vel, ex canentium more, qui bis, & sæpius eadem repetunt. *Et quæremus eum tecum*. hoc est, sequemur te, quocumq. tandem ipsa contendes ad quærendum eum: nec curiose nimis indagabimus, quæ de ipso tibi sunt placita.

VVLG.

Quo abijt dilectus tu' ò pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.



CAPVT



CAPVT SEXTVM.

VVLG. Dilectus meus descẽdit in hortũ suũ ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

CANT.

1. *Nepos meus descendit in hortum suum ad phialas aromatum, vt pascat in hortis, & lilia colligat.* 2. *Ego meo nepoti, & nepos meus mihi, qui pascit in lilijs.*

ΑΣΜΑ.

Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος, ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα. ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί. ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.


SCHOLIA.



SVPRA, à principio omnis prorsus labis expers mater, de nepote apud eas narrationem instituit, dicitque eis. interrogatis me, *Quo meus abijt nepos? Nepos meus descendit in hortum suum*, videlicet, E cælo descendens, carnem ex me assumpsit. ipsa enim est *Hortus* ille *signatus*. *Ad phialas aromatum*. Ad docendum omnem terram diuina ipsius præcepta: & ad replendum totius Orbis ambitum, illorum fragrātia. *Vt pascat in hortis, & lilia colligat*. Vt, videlicet, pascat ipsius oues, in pascuis cælestibus; & introducat, & educat eas per ostium: & ab eis colligat fructus; dilectionem nimirum, & misericordiam. *Ego meo nepoti, & nepos meus mihi*. Ego scilicet, ei carnem prabui, & ipse mihi diuinitatem. *Qui pascit in lilijs*. Qui, videlicet illa docet, quæ ad Paradisum, & quæ in illo ad florum delicias spectant.

Cant. 5. 17 · Cant. 4. 12 · Ioan. 10.

ΣΧΟΛΙΑ.



ΑΝωθεν ἐξ ἀρχῆς, πρὸς αὐτάς, ἡ παναμώμος μήτηρ, τὴν περὶ τοῦ ἀδελφιδοῦ διήγησιν ποιεῖται· καὶ φησὶ πρὸς αὐτάς· ἐρωτᾶτέ με, ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός μου; ὁ ἀδελφιδός μου, κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ· ἤγουν, ἐξ οὐρανοῦ καταβάς, ἐσαρκώθη ἐν ἐμοί· αὕτη γάρ ἐστιν ὁ ἐσφραγισμένος κῆπος· εἰς φιάλας ἀρώματος· εἰς τὸ διδάξαι πᾶσαν τὴν γῆν, τὰς θεουργοὺς αὐτοῦ ἐντολάς· καὶ πληρῶσαι τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, τῆς εὐωδίας· ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα· ἤτοι, ποιμαίνειν τὰ ἑαυτοῦ πρόβατα, ἐπὶ νομὰς οὐρανίους· καὶ εἰσάγειν αὐτά, καὶ ἐξάγειν διὰ τῆς θύρας· καὶ συλλέγειν τοὺς παρ' αὐτῶν καρπούς· ἤγουν, τὴν ἀγάπην, καὶ τὸν ἔλεον· ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί· ἤτοι, ἐγὼ τούτῳ τὴν σάρκα παρέσχον, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὴν θέωσιν. ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις· ὁ διδάσκων δηλαδή, τὰ περὶ τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τῶν ἀνθέων τρυφῆς.

VVLG. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerũt

CANT.

3. *Pulchra es propinqua mea sicut beneplacitum: decora sicut Hierusalem: terribilis sicut castrorum ordines.* 4. *Auerte oculos tuos contra me, quia illi me euolare fecerunt.*

ΑΣΜΑ.

Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία· ὡραία, ὡς Ἱερουσαλήμ· θάμβος, ὡς τεταγμέναι· ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου· ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με.

SCHO-

ΣΧΟΛΙΑ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀλλαγμα τῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ᾠδῆς· καὶ ἔναρξις τῶν πρὸς τὴν παρθένον, ὡς ἀπὸ τοῦ προφήτου ἐγκωμίων· ἄφνης γὰρ, ὥσπερ ἔνθους γενόμενος, τὴν ᾠδὴν ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς ἀνατείνεται, καί φησι· καλὴ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία· ηὐδόκησε γὰρ, ἐν αὐτῇ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, τὴν τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν ἐργάζεσθαι· ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ· ἤγουν, ὡς ἱερὰς εἰρήνης αἰτία· καὶ πᾶσιν αὐτῆς εἰρηνοπαρόχως προέξενος· θάμβος ὡς τεταγμέναι· τουτέστιν, ὑπὲρ πάντα νοῦν, καὶ λόγον, ἡ κατὰ σὲ τῶν ἁπάντων καλῶν σύνταξις, καὶ ἁρμοσία· ὀφθαλμοί σου ἀπεναντίον μου. ἀλλ' εὐμενῶς ὁρώης ἐμὲ· καὶ τὰ κατ' ἐμὲ διεξάγοις, ὡς ἂν αὐτὴ βούλοιο· ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με· ἀντὶ τοῦ, οἱ σοὶ ὀφθαλμοὶ, εἰς ταύτην ἀνεβίβασάν με τὴν προφητείαν. καὶ τὸ κατ' αὐτὴν ὕψος, τῶν σῶν θεάσασθαι μεγαλείων.

SCHOLIA.

Commutatio hic fit moduli cantionis. & in principio quidem tamquam Propheta, Virginis decantat laudes. hic autem, repente veluti afflatus numine, cantum quasi ex alio attollit principio, & dicit: *Pulchra es propinqua mea, sicut beneplacitum*: complacuit enim Deo, & Patri, in ea, nostri generis operare salutem. *Decora sicut Hierusalem*: siue, tamquam sacræ pacis causa, ipsiusq. pacis conciliatrix, pacem omnibus præbuit. *Terribilis sicut castrorum ordines*. hoc est, supra omnem captum, & rationem, est in te, omnium pulchritudinum ordinata compositio, & concinna constitutio. *Oculi tui contra me*: vtinam benigne me conspicias, & quæ sunt in me regas, sicut tibi placuerit. *Quia illi me euolare fecerunt*: Ac si diceret; oculi tui in hanc me eleuarunt prophetiam, vt ea, tuarum magnitudinum contempler excellentiam.

ᾎΣΜΑ.

Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν· αἳ ἀνεφάνησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ, ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων· αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι· καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου. καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

CANT.

Capillamentũ tuũ sicut greges caprarũ, quæ apparuerũt è Galaad. 5. *Dẽtes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: omnes gemellæ, & sterilis non est inter illas.* 6. *Veluti vestis coccinea labia tua, & eloquentia tua decora. sicut cortex mali punici gena tua, extra quod in te siles.*

VVLG. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderũt de lauacro, omnes gemelli fœtibus, & steri lis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuę, absque occultis tuis.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἅπερ νῦν κατὰ μέρος διέξεισι τῶν ἐγκωμίων, καὶ ἀνωτέρω εἴρηται. ὥσπερ ἐπῳδόν τινα τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ ἐπᾴδων αὖ, καὶ πρότερον.

SCHOLIA.

Qvas nunc vicissim per partes recenset laudes, eas quoque paulo ante decantauerat. est instar cantus cuiusdam repetiti, qui easdem, quas & prius B. Virginis recinat laudes.

ᾎΣΜΑ.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί· καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν, βασίλισσαι, καίγε παλλακαὶ καὶ αἰνέσουσιν αὐτήν.

CANT.

7. *Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentulæ, quarum non est numerus.*

8. *Vna est matri suæ, electa est genitrici suæ; viderunt eam filiæ, & beatunt eam, Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.*

VVLG. Sexaginta sunt reginæ & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ. Viderunt eã filiæ, & beatissimam prædicauerunt. reginę, & concubinæ, & laudauerũt eam.

ΣΧΟΛΙΑ.

SCHO-

SCHOLIA.

TAmquam ex altero rurſus exordio cantionem orditur, ac dicit: ***Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus.*** Excellentiam ſine comparatione Matris, omnis prorſus labis expertis, Propheta ex his comparatè demonſtrat mulieribus, eam conferens cum cæteris mulieribus, quæ, vt cum eis Dei, Virginisq. filius mentis cognitione copularetur, expectabãt: eaſq. in medium adducit, & earum tũ numerũ, tum dignitates pro dignitate enumerat. & eas quidem, quę Chriſto crediderunt ſponſo, ac per martyrium iã illius effectæ ſunt amore perfectæ, Reginas appellat. numero illo ſexageno, demonſtrans perfectiſsimum, vberrimumq. ex earum naturę perfectione, profectum. Eas verò, quæ ita crediderunt, vt ei ſint cõiunctę, ſeligẽtes laborioſã, & auſterã religionis vitam, [in diuiniſq. rebus exercitationem, Cõcubinas nuncupauit. octogeſimo illas numero perfectas declarãs, propter perfectiſsimũ naturæ earum ex firma, ſtabiliq. cõiunctione in hoc propoſito, ac voto, profectum. Copulatas autem ſemel tantum Chriſto per baptiſmum diuinum, merito Adoleſcentulas præter numerum appellauit; ob illarum multitudinem: ac etiam quia repleant omnes fines terræ. Cumque tot, tantæq. ſint credentes animæ: ***Vna eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ:*** Ac ſi diceret, ex ſterili prius cũ eſſet Anna, vna ipſa per preces genita fuit, poſtquã non eſt aliquam aliã recenſere. Electa patriæ, quæ illã genetarat. Vel potius, ante mundi conſtitutionem Electa Deo in domicilium ſuum, vnica exiſtens matri ſuæ Euæ: & poſt eã ex natis ab Eua altera reperiri nequit. ***Viderunt eam filiæ, & bearunt eam: Reginæ, & concubinæ laudauerunt eam.***
Luc. 1. Ac ſi apertè diceret: ***Ecce enim ex hoc nunc, beatã me dicent omnes generationes.***

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὡς ἀφ' ἑτέρας καὶ αὖθις ἀρχῆς τὴν ᾠδὴν ποιεῖται, καὶ φησί· ἑξήκοντα εἰσὶ βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί· καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· τὸ ὑπερβάλλον ἀσυγκρίτως τῆς πανάμωμου μητρός· καὶ διὰ τούτων ἐνδεικνύμενος ὁ προφήτης, πρὸς τὰς ἐξ ἁπασῶν γυναικῶν, τῷ ἑαυτῆς υἱῷ καὶ θεῷ δι' ἐπιγνώσεως, αὐτῷ συναφθήσεσθαι, προσδοκωμένας, τὴν σύγκρισιν ποιούμενος· εἰς μέσον αὐτὰς παράγει, καὶ τάξεις αὐτῶν, καὶ ἀξίας εἰκότως ἐξαριθμεῖται. καὶ τὰς πιστευσάσας μὲν τῷ νυμφίῳ Χριστῷ, διὰ μαρτυρίου δὲ τελειωθείσας πρὸς τὸν ἐκείνου ἔρωτα, βασιλίσσας ἀποκαλεῖ. τῷ ἑξήκοντα ταύτας ἀριθμῷ· διὰ τὴν ἐκ τελείου τελειοτάτην τῆς φύσεως αὐτῶν προκοπήν, ἐνδεικνύμενος· τὰς δὲ ὡσαύτως πεπιστευκυίας, συγγινομένας δ' αὐτῷ διὰ ἐπιπονωτέρου καὶ σκληροῦ βίου, καὶ τοῦ τῆς ἀσκήσεως κατὰ θεόν, ἐξῃρημένου, παλλακὰς προσείρηκε. τῷ ὀγδοήκοντα ταύτας ἀριθμῷ τελειῶν· διὰ τὴν ἐν τούτῳ ἐκβεβηκότος καὶ ἀσφαλοῦς τῆς κατὰ τὸ ἐπάγγελμα συναφείας τελειοτάτην τῆς φύσεως αὐτῶν προκοπήν. τὰς δ' ἅπαξ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ μόνον Χριστῷ συναφθείσας, εἰκότως νεάνιδας ὑπὲρ ἀριθμὸν ἐκάλεσε. διὰ τὸ πολύχουν αὐτῶν, καὶ γῆς ἐξηπλωμένων εἰς ἅπαντα τὰ πέρατα. τοσαῦται γὰρ αἱ πιστεύουσαι· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς. ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν· ἀντὶ τοῦ, ἐκ στείρας τὸ πρότερον οὔσης τῆς Ἄννης· μία αὕτη διὰ προσευχῆς γεγέννηται, μεθ' ἣν οὐκ ἔστιν ἀριθμῆσαι καὶ λοιπήν· ἐκλελεγμένη τῇ γεννησάσῃ αὐτὴν πατρίδι· μᾶλλον δέ, πρὸ καταβολῆς κόσμου, ἐκλελεγμένη τῷ θεῷ εἰς κατοικίαν ἑαυτοῦ· μία τις οὖσα τῇ μητρὶ αὐτῆς Εὔα· καὶ μεθ' ἥν, οὐκ ἔστι δευτέραν τῶν ἐξ αὐτῆς τεχθεισῶν, λαβεῖν· εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· ἄντικρυς· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν, μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.

ΑΣΜΑ.

Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος· καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος· θάμβος ὡς τεταγμέναι;

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἁγνείας τοῦ θεοῦ λόγου, μητρός. τίς αὕτη φησί· ἀντὶ τοῦ, ὅση μεγάλη. ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος. ὥσπερ γὰρ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἐλθόντος· τὸ νυκτερινὸν ἀφανίζεται σκότος. οὕτω καὶ τῆς ἁγνῆς λαμψάσης παρθένου, τὸ τῆς ἁμαρτίας διαλέλυται σκότος. καλὴ ὡς σελήνη. ἐν αὐτῇ γὰρ, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐνσκηνοῖ· μεταδοὺς αὐτῇ τοῦ θείου, καὶ ἀπλέτου φωτὸς, αὐτοῦ. ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος. οὐκ ἀπεικὸς τὴν αὐτὴν, καὶ σελήνην καὶ ἥλιον φάναι· τοῦτο μὲν, διὰ τὸ δέδεχθαι τὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς λόγον· τὸ ὑπερπλῆρες, καὶ τέλειον φῶς, ὥσπερ ἐν δίσκῳ ἥλιον. τοῦτο δὲ, καὶ διὰ τὴν ἣν ἐξ αὐτοῦ, μετέσχε λαμπρότητα. θάμβος ὡς τεταγμέναι. ἀντὶ τοῦ, ἔκπληξις ἐστὶν ἰδεῖν ὅπως ἐν αὐτῇ ταῦτα τέτακται.

CANT.

9. *Quæ est ista se inflectens quasi aurora? pulchra vt luna, electa vt sol, pauor vt castrorum ordines?*

SCHOLIA.

Stupore perculsus ab excellentia illibatæ matris Verbi Dei. *Quænã ista est*, inquit perinde ac diceret; quam magna ista est, quę se infectit vt aurora. quẽadmodum enim, lumine solis accedente, nocturnę recedunt tenebræ: sic ad puræ Virginis splendorem, peccati recesserunt tenebræ. *Pulchra vt luna*. in ipsa .n. sol iustitiæ posuit tabernaculum suum, communicans ei diuinum suum, & inexplicabile lumen. *Electa vt sol*. non absurdum est, eandem & Lunã dici, & Solem. Solem quidem eo quod Dei, & Patris susceperit Verbũ; lux perfecta, & quæ præter modũ exuberat sicut est in suo corpore sol. Lunã verò propter eã etiã, quã ex ipso participauit claritatem. *Pauor vt castrorũ ordines.* ac si diceret, stupore percellit cõtẽplatio ordinis, quo in ea hęc sũt disposita.

VVLG.

Quę est ista quę progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol terribilis vt castrorũ acies ordinata?

ΑΣΜΑ.

Εἰς κῆπον καρύας κατέβην, ἰδεῖν ἐν γεννήματι τοῦ χειμάρρου· ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος· εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαί. ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου. οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου. ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ.

ΣΧΟΛΙΑ

Κῆπον καρύας, τὴν ὑπεράμωμον αὐτοῦ μητέρα καὶ τούτοις εἴρηκεν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδου καρύας, στελέχη βλάστησε· καθὼς καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γέγραπται· ἰδοὺ ἐβλάστησε ῥάβδος Ἀαρὼν, εἰς οἶκον Λευί· καὶ ἐξήνεγκε βλαστὸν· καὶ ἐξήνθησεν ἄνθη, καὶ ἐβλάστησε κάρυα· οὕτω καὶ ἡ τῆς ἰσχύος ῥάβδος παρθένος, ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀνεβλάστησε· καί φησιν, εἰς κῆπον καρύας κατέβην· ἀντὶ τοῦ, τὴν ἐμὴν ἐποίησα συγκατάβασιν ἐνανθρωπήσας, καὶ σάρκα λαβὼν ἐκ τῆς ἀεὶ παρθένου μητρός μου. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ σωτῆρος τὴν προσωπὴν ταύτην εἰρῆσθαι τίθησιν ὁ προφήτης.

ἰδεῖν

CANT.

10. *In hortum nucis descendi, vt viderem genimina torrentis: vt viderem si floruisset vinea, si floruissent mala punica: illic dabo vbera mea tibi.* 11. *Nesciuit anima mea posuit me currus Aminadab.*

SCHOLIA.

Hortum nucis. Ipsius matrem omnis labis expertẽ, hisce quoq. verbis expressit. quemadmodum enim ex virga nucis Aaron, stipes pullulauit, sicut & scriptũ est in Deuteronomio. *Ecce virga Aaron germinauit in domũ Leui, & protulit germen, & effloruit flores, & germinauit nuces*: ita etiam solida virga, Virgo ex tribu Iuda, germinauit. dicit autem. *In hortum nucis descendi*. ac si diceret, meum descensum feci cum homo factus sum, carnemque assumpsi ex semper Virgine matre mea. non secus.n ac à Saluatore concisè per expositionem hæc dicta forent, Propheta exposuit.

VVLG.

Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassẽt mala punica. Nesciui: anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab.
Num. 17.

Vt viderem genimina torrentis. Per Genimina torrentis lapsam hominum naturam significat; quam Dauid quoque, sub verborū inuolucro significauit, dicēs:
Ps. 123. 4. *Torrentē pertransiuit anima nostra.* lapsa videlicet in peccati profluuium. *Vt viderem si floruissent mala punica.* Genus scilicet humanū à me, instar arboris ficulneæ, primo satum, & affabrè, venusteque formatum, ad producendos fructus. *Si vinea floruisset,* Iudæorū præsertim synagoga. *Ibi dabo vbera mea, tibi:* perinde ac diceret. Ibi, in ipsa synagoga, *Dabo, tibi* nimirum, quæ mea eris genitrix, *Vbera mea*; meam incarnationem, quam arrisit mihi, sine semine ex te fieri; vt mundum, perenni meorum latice salutarium irrigarem documentorum. *Nesciuit anima mea*: ac si diceret.
Luc. 1. *Vnde hoc mihi erit, quoniā virū non cognosco?* veluti enim ex persona illibatæ Virginis, postea sermo efformatur. *Posuit me currus Aminadab.* Virginis post hæc assensū, significat. *Aminadab* .n. Hebraicè voluntas, seu beneplacitū patris, interpretatur. ac si diceret, ex suæ voluntatis beneplacito Deus & Pater, currum me fecit vnigeniti Verbi sui.

ἰδεῖν ἐν γεννήματι τοῦ χειμάῤῥου. γεννήματα χειμάῤῥου, τὴν ὀλισθήσασαν τῶν ἀνθρώπων βούλεται φύσιν· ταύτην καὶ ὁ Δαβὶδ αἰνιττόμενος, χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, εἴρηκε. τὴν ὑποπεσοῦσαν δηλαδὴ, τῷ κατακλυσμῷ τῆς ἁμαρτίας. ἰδεῖν εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαί. ἤτοι, ἡ καταβληθεῖσα ὑπ' ἐμοῦ δίκην συκῆς, γενεὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ καλλιεργηθεῖσα πρὸς τὸ ποιῆσαι καρπούς. εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἐξαιρέτως, ἡ τῶν ἰουδαίων συναγωγή. ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου, σοί· ἀντὶ τοῦ, ἐν αὐτῇ τῇ συναγωγῇ, δώσω σοι, τῇ ἐμὲ τεκούσῃ δηλαδὴ, τοὺς μαστούς μου, τὴν ἐμὴν συνάφειαν, ἣν ηὐδόκησα αὐτὴν ἀσπορᾶς ἐκ σοῦ προελθεῖν· πρὸς τὸ ποτίσαι τὸν κόσμον, τὰ σωτηριώδη μου διδάγματα. οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου· ὡσανεὶ ἔλεγε· πόθεν μοι τοῦτο ἔσται, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ὡς ἐκ τῆς παρθένου γὰρ ἁγνῆς, ὁ λόγος καὶ αὖθις ἐσχημάτισται. ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ. τὴν μετὰ ταῦτα συγκατάθεσιν τῆς παρθένου, δηλοῖ. Ἀμιναδὰβ γὰρ, ἑβραϊστὶ εὐδοκία πατρὸς εἴληπται· ἀντὶ τοῦ ηὐδόκησεν ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, ὄχημα γεγενῆσθαι τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ λόγου.

VVLG. Reuertere reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

CANT.

12. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere. quid in te inspiciemus?*

ΑΣΜΑ.


Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε ἡ Σουλαμῖτις· ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε· τί ὀψόμεθα ἐν σοί.

SCHOLIA.

TAmquam ex altera quadam sectione, exorditur: & quosdam veluti enunciantes introducit, quosq. hæc ipsa futura stupore percaulerit, ac dicant: *Reuertere Sulamitis.* Ter, vt ipsa reuertatur, repetunt; propter profunditatem interrogationis, quę respondendi vim, adimit. *Sulamitis* autem pacifica vocari potest, atque ex Salomonis semine nata. *Quidnam in te inspiciemus?* Ac si dicerent, quidnam tibi continget etiam si talia euenient?

ΣΧΟΛΙΑ.

Ὡς ἀφ' ἑτέρας τινὸς περικοπῆς, τὴν ἀρχὴν ποιεῖται· καὶ ὥσπερ ἀποφαινομένους τινὰς ἐπάγει, καὶ διεκπληκτιζομένους, εἰ τοιαῦτά τινα γενήσεται· καί φασιν, ἐπίστρεφε ἡ Σουλαμῖτις· τριχῶς τὴν αὐτῆς ἐπιστροφὴν ἀνακαλουμένους. διὰ τὸ βαθὺ, καὶ ἀποκρουστικὸν τῆς ἐρωτήσεως. Σουλαμῖτις δὲ, ἡ εἰρηνικὴ ἂν καλοῖτο, καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Σολομῶντος καταγομένη. τί ὀψόμεθα ἐν σοί; τί συμβήσεταί σοι, δηλονότι, καὶ εἰ γενήσεται ταῦτα;




CAPVT SEPTIMVM.

ΑΣΜΑ.

Τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι, ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν; τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασι, θύγατερ Αμιναδάβ;

ΣΧΟΛΙΑ.



Πρὸς τὴν παρ' ἐκείνων ἐπηρεαστικὴν ζήτησιν, τὸν λόγον ἐπήγαγε τῷ ἀποκεῖσθαι· τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι; ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν. μονονεχὶ λέγων, εἰ καὶ πεπήρωνται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί; ὡς καὶ Ησαΐας συμμαρτυρῶν, ἔφησεν. ἐκάμμυσαν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ ἴδωσι. ταύτῃ δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπηρεάζοντες, ἀποφαίνεσθε; ἀλλ' ἣν ἡ ἐρχομένη, ταῖς οὐρανίοις ἐφαμιλλᾶται τάξεσιν. εἶθ' ὥσπερ ἀποκρουόμενος τὸ δυσέντευκτον τούτων· ἐξ ὧν αὖ πέπονθε καὶ ὁποῖά τινα πρὸς αὐτοὺς διεξέλθοι, αὐτοὺς μὲν οἰμώζειν, ἀφῆκε μακρά. πρὸς δὲ τὴν παρθένον καὶ αὖθις ἐπιστραφείς. τί ὡραιώθησαν φησὶ, διαβήματα σου, ἐν ὑποδήμασι; τουτέστι. πῶς οὕτως αἱ προκοπαὶ τῶν ἀρετῶν σου κατευθύνθησαν ἐν σαρκὶ οὔσα. διαβήματα γὰρ τὰς ἀρετὰς ὑποληπτέον· ὡς καὶ ὁ τούτου πατὴρ, εἴρηκε· παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. θύγατερ Αμιναδάβ. ἀξία δηλαδὴ, τῆς εὐδοκίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

CANT.

1. *Quid videbitis in Sulamite, quæ venit sicut chori castrametantium? quam decori sunt gressus tui in calceamentis, ô filia* Aminadab!

VVLG. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis.

SCHOLIA.



Ad infesta illorum postulata respōdens, hunc protulit sermonem. *Quidnam videbitis in Sulamite, quæ venit tamquam chori castrametātium?* tantum nō dicens, nū cæcutientes sunt oculi vestri? sicut & Esaias testatur, dicens: *Clauserunt oculos suos vt non viderent.* qui hac etiam via hæc ipsa eludentes, quæstionem proponitis? Verumenimuero, quę venit, similis est agminibus cælestibus. deinde tamquam refellens illorum duritiem, & pertinaciam: cum ipsis nihil persuadere potuisset ex iis, quæ apud ipsos disseruerat; eos quidem lōge dimisit, vt non leues luant pęnas. Ad Virginem verò, iterum etiam conuersus: *Quàm decori*, inquit, *sunt gressus tui in calceamentis?* hoc est, Quonā pacto adeo in te virtutū profectus faustè, feliciterq. cesserunt, cū in carne degas? gressus.n. virtutes interpretantur, quemadmodum & huius pater dixit. *A Domino gressus hominis diriguntur.* *Filia Aminadab*: dignum videlicet delicium, quod Deo, & Patri sit cordi.

Esai. 6. 9.

Ps. 36. 23.

ΑΣΜΑ.

Ρυθμοὶ μηρῶν σου, ὅμοιοι ὁρμίσκοις ἔργον τεχνίτου.

CANT.

Moduli feminum tuorum similes monilibus, operis manuum artificis.

VVLG. Iuncturæ feminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.

ΣΧΟΛΙΑ.

SCHOLIA.

PEr Femina, nasciturum ex Virgine Saluatorem, clarè significauit, idque olim patriarchæ Iacob demonstratum fuit ab Angelo, qui illũ ad certamen luctæ excitans eius femina tetigit: indicãs ex illa carne nasciturum Dei filium vnigenitũ. Dicit itaque. *Meduli feminum tuorũ similes sunt monilibus.* uidelicet, Qui carnem ex te suscepturus est Deus, immobile sigillum est Dei, & Patris. sicut enim inquit optimi artifices signacula effingunt, exemplaribus perquamsimillima; eodem modo & vnigenitus Dei filius, immobile sigillum, perquamsimillima planè est, patris imago.

Gen. 32.

ΣΧΟΛΙΑ.

Διὰ τῶν μηρῶν, τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον σωτῆρα, δεδήλωκε· τοῦτο καὶ ὁ πάλαι τῷ πατριάρχῃ Ἰακὼβ ὀφθεὶς ἄγγελος, καὶ πρὸς συμπλοκὴν αὐτὸν, ἀναστήσας πάλης· ἥψατο τῶν ἐκείνου μηρῶν, τὴν ἐξ ἐκείνου σάρκωσιν, τοῦ μονογενοῦς ἐμφαίνων υἱοῦ τοῦ θεοῦ. φησὶ τοίνυν· ῥυθμοὶ μηρῶν σου, ὅμοιοι ὁρμίσκοις. ἤγουν, ὁ ἐκ σοῦ σαρκωθησόμενος θεὸς, ἡ μὴ κινουμένη σφραγίς ἐστι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· ὥσπερ γάρ, φησιν, οἱ τῶν τεχνιτῶν ἄριστοι ἀπαραλλάκτους τὰς σφραγῖδας τῶν ἀρχετύπων ποιοῦνται· οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς ἀπαράλλακτός ἐστιν εἰκὼν τοῦ πατρός.

VVLG.

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs.

CANT.

2. ***Vmbilicus tuus crater tornatilis, non egens mixto: venter tuus cumulus tritici, vallatus in lilijs.***

ΑΣΜΑ.

Ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτός, μὴ ὑστερούμενος κράματος· κοιλία σου θημωνία σίτου, πεφραγμένη ἐν κρίνοις.

SCHOLIA.

AD magnum pro nobis dispensationis mysterium Saluatoris, Propheta oculos coniiciens, ait ad Virginem: *Vmbilicus tuus crater tornatilis.* videlicet, ex te natus Dei filius, crater est, suum pro nostra salute, effundens sanguinem. *Non egens mixto.* ex quo enim, Saluator noster Verbum caro factum est, & suum sanguinem in potum fidelibus dedit: ex eo, inquam, tempore, crater non defuit in Ecclesiis, quæ sunt vbiq. terrarũ. quinimmo impletur quotidie sacris incruētis sacrificiis, vitali, & diuino sanguine. ***Venter tuus cumulus est tritici.*** reuera enim, ipsa cælestem nobis panem peperit; de quo quicumq. comederit non morietur. quo autem modo non erit tritici cumulus, quæ singulis diebus, fideles replet abundè supernaturali illo pane, qui absolutè ab ipsa emanauit? *Vallatus in lilijs*, vndique diuinis munita dogmatibus, doctrinisq. Christi Dei, qui carnem ex ipsa sumpsit.

Ioan. 6. 50.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πρὸς τὸ μέγα τῆς ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίας μυστήριον τοῦ σωτῆρος ἀφορῶν ὁ προφήτης πρὸς τὴν παρθένον φησίν. ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτός. ἤγουν ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς υἱὸς τοῦ θεοῦ, κρατήρ ἐστι προχέων, τὸ ἑαυτοῦ αἷμα, ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας. μὴ ὑστερούμενος κράματος. ἐξότε γὰρ, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐνηνθρώπησε λόγος, καὶ τὸ ἑαυτοῦ αἷμα εἰς πόσιν δέδωκε τοῖς πιστοῖς· ἐξ ἐκείνου καιροῦ, οὐ διέλιπεν ὁ κρατὴρ ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἐκκλησίαις. μὴ πληροῦσθαι ταῖς καθ' ἡμέραν τῶν ἱερέων ἀναιμάκτοις θυσίαις, τοῦ ζωοποιοῦ, καὶ θείου αἵματος. κοιλία σου, θημωνία σίτου· ὄντως γὰρ, αὐτὴ τὸν οὐράνιον ἡμῖν ἄρτον ἀποτέτοκεν. ἐξ οὗ, πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει. πῶς δὲ οὐ θημωνία σίτου, ἡ καθ' ἡμέραν [illegible] τοῖς πιστοῖς, τοῦ ἐξ αὐτῆς τελεσφορηθέντος ὑπερφυοῦς ἄρτου; πεφραγμένη ἐν κρίνοις. πανταχόθεν περιφρουρουμένη τοῖς θείοις δόγμασι, καὶ διδάγμασι, τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος χριστοῦ τοῦ θεοῦ.

ΑΣΜΑ.

Δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος.

CANT.

3. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.*

VVLG.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

ΣΧΟΛΙΑ.

Περὶ τούτου ἀνωτέρω δεδήλωται.

SCHOLIA.

DE huiusmodi supra dilucidè actum est.

ΑΣΜΑ.

Τράχηλός σου ὡς πύργος ἐλεφάντινος.

CANT.

4. *Collum tuum sicut turris eburnea.*

VVLG.

Collum tuum sicut turris eburnea.

ΣΧΟΛΙΑ.

Πύργος ἱστορικῶς μὲν, ἐλεφάντινός ἐστι, ὁ μεσιτεύων τῇ τε πόλει Ἱερουσαλὴμ καὶ τῇ ἐκείνης ἀκροπόλει Βηθλεέμ. ὃν ὁ μέγας ἀνέστησε Δαβίδ, τούτῳ τὸν τῆς παρθένου παρείκασε τράχηλον, διὰ τὸ εὔεργον, καὶ ὄρθιον, καὶ πρὸς ἅπαντα κεχαριτωμένον.

SCHOLIA.

TVrris quidem *eburnea*, iuxta historiã, interiecta est inter ciuitatem Hierusalem, & inter eius ciuitatis arcem, Bethleem, eam magnus erexit Dauid; cui Virginis collum simile dixit, propter probitatem, & rectitudinem, & quod omni foret vndique gratia perfusum.

ΑΣΜΑ.

Ὀφθαλμοί σου, ὡς λίμναι ἐν Ἐσεβὼν, ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν.

CANT.

Oculi tui sicut stagna in Esebon, in portis filiæ multorum.

VVLG.

Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐσεβὼν παρ᾽ Ἑβραίοις, τοὺς λογισμοὺς δηλοῖ. φησὶν οὖν, οἱ ὀφθαλμοί σου, ὡς λίμναι ἐν Ἐσεβών· ἤγουν τὸ καθαρὸν τῆς σῆς παρθενίας μυστήριον, ἐν πλήθεσιν ὑπερβάλλουσι λογισμοῖς κείσεται. ἐν πύλαις, ἐν ἐξόδοις, καὶ πλατείαις ὑμνηθήσεται, δηλονότι. θυγατρὸς πολλῶν· τῆς ἐξ Ἀδὰμ, μέχρι καὶ Ἰωακεὶμ, κατὰ τὸν θεῖον Λουκᾶν.

SCHOLIA.

ESebon apud Hebræos, cogitationes significat. dicit igitur: *Oculi tui tamquam stagna in Esebon:* videlicet purum, putum tuæ virginitatis mysteriũ, à multis, excelsisq. cogitationibus celebrabitur. *In portis*, nimirum, & in viis, & in plateis laudes canentur. *Filiæ multorum*. illorum nempe, qui fuerunt ab Adam, vsq. ad Ioakim, secundum diuum Lucam.

ΑΣΜΑ.

Μυκτήρ σου, ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου, σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ.

CANT.

Nasus tuus sicut turris Libani, prospiciens faciem Damasci.

VVLG.

Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

ΣΧΟΛΙΑ.

Δαμασκὸς χύσιν αἵματος τῇ ἑβραΐδι σημαίνει διαλέκτῳ· ὡς ὁ θαυμαστὸς ἐν προφήταις, Ἡσαΐας, φησί. πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα, ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ. ἤτοι, τὴν δὲ αἱμάτων χύσιν· τὴν ἐν ταῖς θυσίαις γινομένην, λήψεται, κρατήσει, καθέξει. ἔλαβε γὰρ παρὰ τῶν Μάγων τηνικαῦτα τὴν διὰ

SCHOLIA.

DAmascus sanguinis fusionẽ, Hebręorũ significat idioma, queãdmodũ & celebris ille inter prophetas, dicit, Esaias. *Antequã sciat puer vocare patrẽ, vel matrem, auferet virtutẽ Damasci.* eã nimirum, quæ tunc in sacrificiis inerat per sanguinis fusionẽ, accipiet, obtinebit, & occupabit. tum demũ, cũ accepit à Magis thuris

Esai. 8. 4.

Matt. 2.

thuris sacrificium, & quæ per sanguinem fieri solebant sacrificia, cessare fecit. Per nasum autem hoc in loco, odorariam virtutem significat. dum verò dicit: *Sicut turris Libani*. formam Virginis diuinam, & inuiolatam, ac firmatam super fundamenta diuina. *Prospiciens faciem Damasci*. videlicet, Prospectum quaquauersus ad sanguinis fusionem faciens: vt videlicet, animum intendat ad cætera quoque eiusmodi tollenda sacrificia.

τὴν διὰ τοῦ Λιβάνου θυσίαν, καὶ τὰς δι' αἵματος γινομένας θυσίας κατέπαυσε. διὰ γοῦν τοῦ μυκτῆρος, ἐνταῦθα, τὴν ὀσφραντικὴν ἐδήλωσε δύναμιν. τῷ δὲ φάναι· ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου. τὸ θεοειδὲς αὐτῆς, καὶ καθαρὸν, καὶ κατωχυρωμένον ἐπὶ κρηπῖσι θείαις. σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ. ἤγουν, τὴν ἐπιφάνειαν τὴν γινομένην ἐν ταῖς χύσεσι τῶν αἱμάτων, καὶ τὰς κατὰ ταῦτα θυσίας σκοπεύων πρὸς τὸ ἀφανίσαι, δηλονότι.

VVLG. Caput tuũ vt Carmelus. & comæ capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus.

CANT.

5. ***Caput tuum in te est tamquam Carmelus: et coma capitis tui, vincta, tamquã purpura. Rex vinctus in curriculis.***

ΑΣΜΑ.

Κεφαλή σου ἐπὶ σὲ ὡς Κάρμηλος· καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα. βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς.

SCHOLIA

Ephes. 4.15

Caput omnium est Christus, sicut dicit Apostolus. siue igitur de capite interpretetur, nimirũ ipsius Virginis: siue de capite ex ea nati Saluatoris Christi; pro agnitione illud accipit propheta. Carmelus enim, agnitionem significat. quemadmodum & Esaias loquutus est: *Gloria carmeli data est ei*. & alibi rursus: *Iustitia in Carmelo habitabit*. *Et plexa coma capitis tui, sicut purpura*. videlicet, vincti Virginei capitis crines. Vel corona, quã plectentes e spinis circũposuerunt capiti eius; Saluatori nimirum Christo. *Rex vinctus in curriculis*: Circũposuerunt namq; ei, inquit, plectentes coronã tãquam purpurã quandam in capite. *Rex in curriculis*. In agitationibus, videlicet, equorum, in theatris. Vel etiam, qua vinctus quoque fuit Saluator, spinea nimirum corona, in die lætitiæ ipsius, & propter quam aduersus diabolum erexit trophæum.

Esai. 35.
Esai. 32.
Ioan. 19.2.

ΣΧΟΛΙΑ.

Κεφαλὴ πάντων ἐστὶν ὁ χριστὸς· ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἥν τινα τοίνυν ὑποληπτέον κεφαλὴν τῆς παρθένου, εἴτε τὴν ἑαυτῆς· εἴτε, τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα σωτῆρα χριστὸν· ἐπίγνωσιν ἱκανῶς φησι, ὁ προφήτης. Κάρμηλος γὰρ, ἐπίγνωσις λέγεται. ὡς καὶ Ἡσαΐας ἐφθέγξατο· ἐδόθη αὐτῷ δόξα τοῦ Καρμήλου· καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν· δικαιοσύνη ἐν τῷ Καρμήλῳ κατοικήσει. καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα, ἤγουν, ὁ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς πλόκαμος. ἢ καὶ ὃν περιέθηκαν ἐξ ἀκανθῶν τῇ ταύτης κεφαλῇ τῷ σωτῆρι χριστῷ· βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. περιέθηκαν γὰρ αὐτὸν φησι, τὸν πλόκαμον, ὡς πορφύραν τινὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. βασιλεὺς ἐν παραδρομαῖς. ἤγουν, ἐν ἱππηλασίαις, ἐν θεάτροις. ἢ, καὶ ὃν ὁ σωτὴρ περιεβάλλετο τὸν ἀκάνθινον, δηλαδὴ στέφανον, ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης αὐτοῦ. καὶ καθ' ἣν, τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου ἀνήγειρε τρόπαιον.

VVLG. Quam pulchra es, & quam decora charissima, in delicijs?

CANT.

6 ***Quam decora, quamuè suauis dilecta tuis in delicijs?***

ΑΣΜΑ.

Τί ὡραιώθης; καὶ τί ἡδύνθης ἀγάπη ἐν τρυφαῖς σου;

SCHOLIA.

Quid *decora* dixi? immo cunctis formosior es. & quid *suauis* dixi? immo suauior es vniuersis. *Dilecta* tuis

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἵνα τί ὡραιώθης; ἀντὶ τοῦ, ὡραιοτέρα πάντων ἐγένου. καὶ ἵνα τί ἡδύνθης; ἀντὶ τοῦ, ἡδυτέρα πάντων ἐγένου· ἀγάπη ἐν

ἐν τρυφαῖς σου. τὸ τοῖς σοῖς ἐγκύπτειν διηγήμασι, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν καρποῦσθαι θαυμάσια, ἀγαπητόν ἐστιν.

ΑΣΜΑ.

Τὸ μέγεθός σου, ὡμοιώθη τῷ φοίνικι. καὶ οἱ μαστοί σου τοῖς βότρυσι. εἶπα ἀναβήσομαι ἐν τῷ φοίνικι, κρατήσω τῶν ὕψεων αὐτοῦ, καὶ ἔσονται δὴ μαστοί σου ὡς βότρυες τῆς ἀμπέλου· καὶ ὀσμὴ ῥινῶν σου, ὡς μῆλα. καὶ ὁ λάρυγξ σου ὡς οἶνος, ἀγαθὸς πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ. εἰς εὐθύτητα· ἱκανούμενος χείλεσι καὶ ὀδοῦσιν.

ΣΧΟΛΙΑ.

Τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς τῆς παρθένου, εἰς φοίνικος εἶδος ὡμοίωσεν. ὡς καὶ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ, εἴρηκε· δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει. τοὺς δέ γε ταύτης μαστοὺς, βότρυα ὠνόμασε· τοὺς τὸ πνευματικὸν πόμα, δηλαδὴ ποτίζοντας τοὺς πιστούς. φησὶ τοίνυν· εἶπα, ἀναβήσομαι ἐν τῷ φοίνικι, κρατήσω τῶν ὕψεων αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, ἀναβήσομαι ἐν τῇ ὑψηλῶν κατὰ σὲ θεωριῶν· καὶ κατανοήσω τὰ ἐν σοὶ μυστήρια. καὶ ἔσονται δὴ μαστοί σου, ὡς βότρυες τῆς ἀμπέλου· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἄμπελος, ἡ ἀληθινὴ, ἡ βλαστήσασα τὸν βότρυν ἡμῶν, χριστόν. ταύτην γὰρ ὡς εἰκὸς, τὴν θεωρίαν, ὁ προφήτης ἐκομίσατο· ἀπὸ τοῦ ἀναβῆναι ἐν τῷ φοίνικι καὶ κρατῆσαι τῶν ὕψεων αὐτοῦ· κατιδεῖν τὴν παρθένον τεξομένην τὸν σωτῆρα χριστόν· καὶ τοὺς αὐτῆς μαστοὺς, τοὺς, τὸ προαιώνιον θηλάσαντας βρέφος. καὶ ὀσμὴ ῥινῶν σου, ὡς μῆλα. ἤτοι, καταπαῦσαι τὰς εἰδωλικὰς θυσίας, καὶ ἀντὶ ἐκείνων προσαγαγεῖν τὴν ἀναίμακτον, καὶ εὐώδη θυσίαν· οὐδὲ γὰρ κνισσῶν ἔτι ὀσφρήσεις ἐν ταῖς θυσίαις. καὶ ὁ λάρυγξ σου, ὡς οἶνος ἀγαθός. τουτέστιν, ὁ ἐκ σοῦ ἀναβλαστήσας γλυκασμὸς τῆς ζωῆς. ὡς οἶνός ἐστι ἀγαθὸς, πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα· τὸ γὰρ τοῦ σωτῆρος θειότατον αἷμα, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, διὰ τοῦ ἐκπορευομένου οἴνου, εἰς εὐθύτητα, σαφέστατα ἡμῖν δεδήλωκεν. ἱκανούμενος χείλεσι, καὶ ὀδοῦσιν. ἀντὶ τοῦ δικνούμενος μέχρι μυελῶν, καὶ ὀστέων. τὸ γὰρ τῆς θείας μεταλήψεως θεοῤῥύτον ποτήριον, τοῖς ἀξίως προσιοῦσι, πᾶσαν

εὐφραίνει

tuis in delicijs. Sermones namque tuos animo prono excipere, & fructus, qui ex eis oriuntur, percipere admirabiles, amabile est.

CANT.

7. *Magnitudo tua similis est palmæ, & vbera tua botris.* 8. *Dixi, ascendam in palmam, potiar cacuminum eius, & iam erunt vbera tua sicut botri vineæ; & odor narium tuarum sicut mala.* 9. *Et guttur tuum, sicut vinum bonum, recte progrediens meo nepoti, & labijs, & dentibus accommodatum.*

SCHOLIA.

Magnitudinem virtutum Virginis formæ palmæ similem esse perhibet, quemadmodum diuinus quoque pater Dauid in libro Psalmorum dixit: *Iustus vt palma florebit.* Eius autem vbera *botrum* appellauit: poculum videlicet, spirituale, quo vtique fideles potantur inquit autem: *Dixi, ascendã in palmã, potiar cacuminũ eius:* ac si diceret, Ascendam in altas de te contemplationes, & considerabo quæ in te sunt mysteria. *Et iam erunt vbera tua, sicut botri vineæ.* Ipsa enim est vinea vera, quæ botrum nobis protulit Christum. hanc namq. vt par est, Propheta cõtemplãs, laudibus ornauit: tum ab ascensu palmæ, tum, cum potiri cacuminum eius asserat; coniiciendo oculos ad Virginem parituram Saluatorem Christum, ipsiusq. vberibus infantem æternum lactaturam. *Et odor nariũ tuarũ sicut mala.* videlicet, cessare faciet Idolorum sacrificia, & eorũ vice incruentum suauis fragrantiæ, introducet sacrificium: nec enim iam amplius est nidor odorarius in sacrificiis. *Et guttur tuum sicut vinum bonum.* idest, Ex te est vitæ dulcedo scaturiens. *Tamquam vinum bonum, quod recte progreditur nepoti meo.* Saluatoris namque diuinissimum sanguinem pro nobis, & pro multis effusum, per vinum recte progrediens nobis apertissimè significauit. *Accommodatum labijs, & dentibus.* vtpote penetrans adusque medullas, & ossa. diuini namque poculi sumptio, iis, qui digne accedunt, omnem eorum

exhila-

VVLG.

Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius & erũt vbera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandũ labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Psal. 91. 13.

exhilarat sensum. Vel etiam suauissima quæ ex Virginis gutture promuntur verba, tamquam vinum bonum exhilarant cor credentium, incarnato ex ipsa Dei filio.

εὐφραίνει τὴν τούτων αἴσθησιν. ἢ καὶ, τὰ ἐκ τοῦ λάρυγγος αὐτῆς ἥδιστα ῥήματα, ὡς οἶνος ἀγαθὸς, εὐφραίνουσι τὴν καρδίαν πεπιστευκότων, τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντι υἱῷ τοῦ θεοῦ.

VVLG.

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

CANT.

10. *Ego nepoti meo: & in me eius est conuersio.*

ΑΣΜΑ.

Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου· καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ.

SCHOLIA.

Complexio ex parte cantionis est. *Ego*, inquit, *meo nepoti, & in me eius est conuersio*. ac si diceret; Ego in purissimum ei vehiculum me ipsam cõposui. & super me eius est conuersio. per affectum nimirum filialem, facta est ad me conuersio ipsius.

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἀπόδοσις τῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ᾠδῆς. ἐγώ φησι, τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, ἐγὼ εἰς καθαρώτατον ὄχημα ἐμαυτὴν τούτῳ παρεσκεύασα, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ. ἤτοι, ἡ κατὰ διάθεσιν υἱικὴν, γινομένη πρὸς με ἐπιστροφὴ αὐτοῦ.

VVLG.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in villis. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma. noua, & vetera, dilecte mi seruaui tibi.

CANT.

11. *Veni nepos mi, exeamus in agrum, commoremur in villis.* 12. *Mane surgamus ad uineas: uideamus si floruerit uinea. floruit germen. floruerunt mala punica, illic dabo vbera mea tibi.* 13. *Mandragoræ dederunt odorem, & in portis nostris omnia fructuum genera tùm noua, tùm vetera nepos mi seruaui tibi.*

ΑΣΜΑ.

Solus autem Christus sine peccato fuit : ceteri inflectuntur, & eos factorum suorum pœnitet ; Christus autē vtpote Dei filius, numquam pœnitentia ducitur, pœnitudine non flectetur, *neq. n. homo est, vt agat pœnitentiā*. Non flectitur, quia regnum eius casum nescit : *Permanebit* Ps. 71. *cum sole, & ante lunam, in generationem, & generationem*. *Et regni eius non erit* Luc. 1. *finis*. Non flectitur, *Quia virga directio-* Ps. 44. *nis, virga regni tui. Iustitia, & iudicium præparatio sedis eius*. In iustitia, & iudicio recte iudicat. Nō flectitur vlli, cū ceteri ei flectātur. *quia* inquit, *Mihi flectetur om-* Rom: 14 *ne genu*. Latriæ cultus ei soli debetur. At quorsū, si Christū significat Salomon, ita ieiune protulit, ne vno quidem apposito titulo, non Regis, non Domini? Rex erat Salomon; & Christū Regem significabat. Dominus erat Salomon, & Christum Dominum referebat : cur ergo eius insignia nō describuntur ? cur Regi Salomoni, aut Dño Salomoni nō inscribit cāticū ? quia non de Salomone filio Dauid, sed de Christo Dei filio in hoc agebat epithalamio ; quādo Salomon ipse Dauid filius, in sua persona loquitur, Regis insignia apponit *Parabola Salomonis filij David, Regis Is-* Prou. 1. *rael*. *Verba Ecclesiastis, filij Dauid,* Eccl. 1. *Regis Hierusalem*. Illius, qui nō est nouus Rex, sed Rex, Regis filius, ex Regum prosapia natus. At cum de Christo sermo instituitur ; nullum apponitur insigne. tum quia per excellentiam intelligitur, nec titulis, & insignibus eius excrescit gloria; cum potius nudum eius nomen, pro insigne sit, tum etiam, quia Christus humilitatem venit demonstraturus, *discite à me quia mitis sum, & humilis corde*. & vt suo nos informaret exēplo, semper Regis insigne respuit. *Iesus cum cogno-* Ioann. 6 *uisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem fugit iterum ipse solus in montem*. Solus, sine comite, respuens comitatum, satellitiumq. regiū. in cruce moriturus, quia Regis titulum ad caput eius imposuerant, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum* : *Ipse inclina-* Ioan. 19 *to capite tradidit spiritum*. quo doceret se mori, longe ab omni fastu, ac nomine regio: & ideo cum nequiret aliter, capite annuit se regium abnuere titulū, Et fortasse hac etiam ratione: cum principes Sacerdotum, Scribæ, & Seniores, dicerent secus crucem, *descendat nunc* Mat. 27 *de cruce, & credimus ei*. Noluit de cruce descendere. alioqui, qui fieri poterat, vt is, qui innumera patrarat miracula, & maiora fecerat, ac lōge difficiliora; nūc id quod facillime prestare poterat, nō fecisset, vt crederēt ? sed quia Regis insignia, Regisq. nomē auersabatur ex animo. quocirca S. Matt. videtur causam exposuisse, cum refert eos dixisse, *si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei*. nimirum Regem esse. atq. adeo hac de causa non descendit Dñs de cruce, ne tamquam Rex exciperetur. Quorsum namq. miracula faceret, vt rex crederetur, is cui, vltro ab illis Regis dignitate oblata, fugerat in montem ? Tum demum, quia cum amoris hoc drama sit, & epitalamium, in quo nil aliud, quàm amor, decantatur. nec bene conueniunt, nec in vna sede morantur, maiestas & amor.] Maiestatis, regisq. nomen merito reticetur, ne maiestas insignis, spōsæ retardaret amorē. immo Salomonis nomen assumit, dulce nimirum. pulcherrimumq. pacis vocabulū resonans, pacata, læta, iucunda cuncta promittens, quò alliceret animum, viamque simul aperiret sponsę ad loquendum, nā inquit Cic. l. de cl. or. Eloquētia pacis est comes.] omnemq. ex animo illius timorem excuteret. nihil .n. magis securitatē ingerit, à timore eximit, quam pacis nomen. Gedeon timore perculsus, quod Angelum Dñi vidisset exclamat. *Heu mi Dñe Deus, quia vidi* Iud. 6. *Angelum Dñi fatie ad faciem*. Cui Dominus, quò à timore eū liberaret, subdit. *Pax tecum, ne timeas* ; In cuius rei monimentum erexit altare Gedeon, *Vocauitq. Dñi pax*. Domini, quia sua maiestate timorem incusserat. Pax, quia eo solo nomine timorem soluerat : ita quoque Christus Dominus, cum se discipulis post resurrectionem in maiestate exhiberet, conturbatis, & conterritis illis dixit : *pax vobis nolite timere*. & cum essent congregati in vnum, clausis ianuis propter metū Iudęorū, vt a metu eos eximeret, *Stetit in medio eorum, &* Ioan. 20 *dixit eis pax vobis, & gauisi sunt discipuli*. Recte autē cum pacifico Christo direxererit carmen, exorditur ab osculo,

pacis nimirum, reconciliationisque signum. Plaut. in Pænul. Non sum irata. AG. da ergo vt credam, suauium.] S. Petr. Chrysol. serm. 93. Oscula sunt reconciliationis indicia.] quocirca pater filii prodigi, vt amico, beneuoloque animo se eum excipere significaret, *Osculatus est eum*. (Luc. 15.) Artemiod. lib. 2. Oneirocr. cap. 2. ἐχθροὺς προσαγορεύειν καὶ φιλεῖν δοκεῖν. τῆς ἔχθρας λύσιν ποιεῖ. Inimicos compellere, & osculari sibi videri: inimicitiæ solutionem efficit.] perinde ac diceret: Osculetur me osculo oris sui, vt pacifica mihi verba liceat audire, & loqui. *Egressus est Moyses in occursum cognati sui, & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuo verbis pacificis*. (Exod. 18.7.) Tunc agnoscam te Salomonem esse, ac pacificum, cum osculum mihi præbebis: nam osculum pacis istrumentum est. S. Ambrosius lib. 10. in Luc. cap. 22. inuehens contra Iudam. Osculatus est eum, pacis istrumento, mortem irrogas? hoc est illud; meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. (Pro. 27.) Proditori hoc pacifico verò quid dicitur? Osculetur me ab osculo oris sui.] Hoc indicio agnoscam num pacificus sit, num firmata sit pax inter Deum, & hominem. Dirimantur veteres illæ simultates inter Deum, & genus humanum: osculo incarnationis filii Dei pax firmetur.

VII. Pag. 2. lin. vlt. Salomonem.] Meritò Christum Salomonē appellauit, qui pacificus vocatur: nam Christus ab Esaia: *Princeps pacis* appellatur. (Es. 9. 6.) & de eo S. Paulus: *Pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt*. (Colos. 1. 20.) Salomonis nomen, sui sanguinis effusione promeruit.

VIII. Pag. 3. lin. 3. τῷ Σολομῶν.] quod est Salomoni. exponit, dicatum, consecratum. Ita frequens titulus ille Psalmorum מזמור לדוד LXX. ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. Psalmus Dauid, ipsi Dauid decantatus dicatus. & vt ipse inquit Dauid: *Dico ego opera mea regi*. (Ps. 44.) ex S. Hier. expositione, in ep. 140. Ergo & iste, qui laudes cantaturus est Domino, carmen suum, & opusculum consecrat ei.]

IX. Pag. 3. lin. 5. eximius.] Ita etiam Heb. 9. dicitur *Sabbatum Sabbatorum*] hoc est eximium, magnumque Sabbatum. & Exod 26. *Sancta sanctorum*. Locus, qui ceteris sanctitate eminet. Apoc. 19. *Rex Regum*: Summus, eximiusque Rex. S. Gregorius Naz. orat. 40. quæ est de S. Baptismo. ὥσπερ ἅγια ἁγίων καλεῖταί τινα· καὶ ᾄσματα ᾀσμάτων. ἐμπεριεκτικώτερα γάρ ἐστι, καὶ κυριώτερα. οὕτω καὶ αὐτὸ ἄλλων τῶν παρ' ἡμῶν φωτισμῶν ἐν ἁγιώτερον. Vt enim quædam Sancta sanctorum vocantur, & Canticum Canticorum. quod scilicet latius pateant, ac plura complectantur, eximiamque dignitatem habeant. eodem modo baptismus illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitate superet.]

X. Pag. 3. στόματος] supra in textu deest, sicut etiā in omnibus fere impresis biblis Vat. Reg. & aliis. at cum in scholiis sit, videtur potius e manu librarii excidisse in textu. cum etiam ita constanter perpetuo legat S. Amb. in Ps. 118. ser. 1. & in Luc. l. 10. c. 22. lib. 2. ep. vlt. l. de Isaac. c. 3. *Osculetur me ab osculis oris sui*. Origen. item ho. 1. in Cant. interprete S. Hier. vt ipse etiam S. Hier. ep. 146.

XI. Pag. 3. lin. 11. cumq.] perbelle causam cur ab ore inceperit suum epitalamium Salomon exprimit: quia nimirū, cū in eo figurate Verbū in carne nuptias celebrare prædicat, merito ab ore initiū dicendi facit, à quo verbū, veluti oris spiritus, procedit. Fiat *Spiritus oris Christus Dñs*. (Tren. 4 20.) quia vnus Deus, & homo Christus spiritus est, inquit S. Amb. l. 7. in Luc. c. 12 per Osculū verò, inquit S. Amb. l. de Isaac c. 3. trasnfunditur spiritus osculantis.] ac si dicat, infundat mihi pater per osculum spiritum oris sui, Verbum nimirū & carni se inserat, & fiat caro. Osculum, oris effectus est, & inarticulatus eius motus, non verbum perfecte formantis, sed sonum efficientis. incipiat Deus sua labia mouere, audiatur eius sonus, quò signum accipiam articulatæ, mox futuræ vocis, Deus nimirum formam assumat hominis. Nuptias exopto in carne, præbe osculum nuptiarum pignus. S. Ambr. lib. 2. epist. vlt. Osculum enim, quasi pignus est nuptiarum.] ideo *Osculetur me ab osculis oris sui*, agnoscam tuum in me amorem, te non hostem, sed amicum

cum experiar humanæ naturæ.nam osculum, inquit, S.Ambr. lib.6. in Luc. c.7. mutui amoris indicium est. Osculum pignus amoris est, & charitatis.]& lib.2. epist. vlt.Osculo vis amoris exprimitur.] Osculetur ergo me osculo oris sui, quò vim eius amoris sentiam, quò indicium percipiam,& pignus,eius in me affectionis. Osculari petit & expetit sponsa, non vtcunq. sed tum *Ab osculis*,tum *Oris sui*, non Alterius. *Osculis*, quò amoris flammã exardescentem explicet: obseruauit id S.Ambr. lib.de Isaac cap.3.non vnum osculum quærit, inquit, sed plura oscula vt desiderium suum possit explere. quæ enim diligit non est vnius osculi parcitate contenta, sed plura exigit, plura vendicat.] Magdalena enim,quæ ignis ardore exestuabat, & domini testimonio, dilexit multùm; non cessauit osculari. *Osculis*, non vno aut altero, & deinde desinat, vt olim quum apparebat ad horam, & illico diffugiebat. Loquebatur olim patribus, eos non osculabatur, & ideo breui eius fruebantur præsentia: quia verbum prolatum, statim desinit. Oscula peto, iugiter, perenniter osculetur, innumera mihi oscula infigat, hoc est hypostatice vniatur, quò numquam amplius, id quod semel assumpserit, dimittat. Osculetur, fixo ore immobiliter sponsus sponsæ adhæreat. Osculum enim est, inquit S. Ambr.lib. de Isaac cap.3. quo inuicem amantes sibi adhærent.]Adhæreat mihi perpetuis osculis: sed *Oris sui*, non Prophetarum. ipse me suo ipsius ore tangat, sua admoueat labia: alioquin numquam reuixero, viresque sumam. Mittit Eliseus Giezi seruum suum,ferentem baculum, quò illum super mortuum viduæ puerum imponat,& reuiuiscat:accessit ille, imposuit, puerum vocauit, nec reuixit, donec Eliseus ipse se conferret ad eum,super puerum incumbens: membraque membris aptans, os suum super os pueri admouerit. quo admoto spiritum immisit, vires, vitamque illico consecutus puer, inambulauit. Innumeros miserat Deus seruos suos, Prophetas nimirum, & Patriarchas, qui baculum legis, & prophetiæ mundo inferentes, vitam homini in peccato iam mortuo darent,

Luc. 7. 45.

4Reg.4.

nunquã tamen dederũt. Elementa egena,& infirma erãt vetera illa,vitã quam non habebant,nec vires, haud quaquam tribuere poterant. Dauid tantum, dicebat. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*. Consolationem,non vitam, vitę spem lex & prophetæ dabant, non vitam. Vatis munus obibant, spondebant,non tribuebant:sponsalia nõ nuptiæ agebantur.horũq.solamine leuabatur Dauid, per consolationem nimirũ scripturarũ spem habebat.quocirca merito Virga, & Lex clausa seruabantur, in arca, vt pignora futurarum nuptiarum, in lege promissarum: In templo erant,quo sponsa aduentura erat. in Arca quę Virginem Dei matrem præsignabat. in Sancta sanctorum,sed sanctitatem non tribuebant: quia ibi nulli fas erat ingredi, nisi soli summo pontifici. quia is secundum ordinẽ Melchisedec, Christus expectabatur; qui solus per sanguinem suum ingrediens in Sancta, sanctitatem cunctis impertiuit. Lex uitam dare nesciebat, sed eam potius legis transgressoribus adimebat. quia cum Virga erat,cum punitione. seruabatur in arca ad puniendos peccatores. *Osculetur* itaque, *me ab osculis oris sui*. non baculum mittat amplius, quo percutiar, quo feriar, puniar: sed osculum tradat, amicitiæ pacisq. pignus, & signum: non amplius rigidus ille legis rigor, sed lepos adsit, benignitas & humanitas Saluatoris:ipse ueniat, & saluet me. omnia olim in arca clausa,quia extra eã nullius uirtutis erant, nihil efficere poterant, gratiam scilicet, dare nequibant. *Osculetur me osculo*, quo & spiritus immittitur: qui me restituat in uitam, quam non nisi spiritu oris eius perceperam à principio, quia *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*, & ita *Factus est homo, in animam viuentem*. Nunc etiam pariter eodem me spiritu in uitam reuocet: & Verbum illud per quod facta sunt omnia, fiat *Spiritus oris nostri Christus Dominus*; ut uiuamus.hic spiritus firmet compages meas; qui & cælos firmauit, *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Seu vt Vulgata antiqua LXX. *Spiritus eius*

Gal.4.9

Ps.22.

Rom. 15.4.

Gen.2.7

Thren. 4.20.

ornauit cælos. Ornet me, cælumque virtutibus reddat, osculo suo efformet in me ornatum suum. Adæquet se Eliseus, Dei filius, factus homo, membris humani generis, peccato primi hominis iam mortui. is qui os non habet, os sumat hominis, quo suo ore osculetur me, & os ori meo admoueat, & calefiat caro hominis, amorisq. sui ardeat incendio. *Osculetur me*, dixit: non os, non manum, sed *Me*: quia non in vna corporis parte osculari petit, sed totam naturam osculis donari: tota natura humana, non vna, aut altera pars assumatur, cum tota sit perdita.

XII. Pag. 3. lin. 17. labiorum effectus] est sensus, osculum non nisi à labiis infigi potest, quia ab ipsis efficitur. Vt ergo osculari possit, assumat labia, carnem nimirum. Sanctus Hieronymus epist. 146. Osculetur me osculo oris sui, ipse meum corpus assumat, ipse me osculetur in carne.]

XIII. Pag. 3. lin. 21. Nouam Sion.] Ita fere semper in hoc commentario, fidelium Ecclesiam Christianorum, appellat; in qua verus Deus adoratur, &
Ps. 83. 8. videtur, vt promiserat Dauid. *Videbitur Deus Deorum in Sion*. Hæc autem Sion lacte potatur, hoc est, per baptismum regeneratur: ex Sancto Petro.
1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite.* Ἀγαθωτέρους dicit, filios Ecclesiæ Christianæ, meliores nimirum, quam filii synagogæ Iudæorum. Ita exponens, ἀγαθοὶ ὑπὲρ οἶνον. Nam Hebræi superlatiua ignorant: atq. adeo circuitione eis opus est, & expositione, vt propositionum adminiculo illa explicent. ac proinde quo *meliora* dicant, *vino*: efferunt, *bona super vinum*. Vinum, metonymice exponit, pro vinea: quia vineæ fructus est. & hanc Vineam, synagogam esse Hebræorum, asserit, ex Propheta.
Es. 5. 7. *Vinea autem Domini exercituum domus Israel est*. Cui iure illud Anacharsis aptari poterit, dicentis, Laertio teste. τὴν ἄμπελον τρεῖς φέρειν βότρυς· τὸν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν τρίτον ἀηδίας. Tres botros vitem ferre, voluptatis primum, ebrietatis alterum, tertium mœroris, & molestiæ.] vtpote quod, parcus vini potius, iucundus fit. *vinum* enim *lætificat cor hominis*. Ps. 103. 15. & Sapiens ait, *Date vinum his, qui amaro sunt animo*. Prou. 31. 4. Largior verò, temulentiam gignit, vt liquet ex Noe, qui *plantauit vineam, bibensque inebriatus est*. Gen. 9. 21. Largissimus demum, rixas parit, lites, cædes, mortem. Plaut. in pseud. act. 5. 1. Luctatori doloso vinum comparat, qui primum infirmatis pedibus in terra deiicit, deinde mactat. Magnum hoc vitium vino est, pedes captat primum. Luctator dolosus est.] Nimirum quia temulentus, pedibus consistere nequit, nutat, vacillat, claudicat, ruit, labitur. Virgilius, siue quiuis autor carminis illius de Venere, & vino.

Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi
Et tentat gressus, debilitatq. pedes.
Bellum sæpe parit ferus, exitiale, cupido.
Sæpe manus itidem Bacchus, ad arma vocat.

Et à Salomone, *Tumultuosa ebrietas* appellatur, quia turbas excitat. Pr. 20. 1 & alibi: *Cui væ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cuius suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino? & student calicibus epotandis?* Pr. 23. 29. LXX. Cui væ, cui tumultus, cui iudicia, cui molestiæ, & tricæ, cui contritiones superuacuæ?] Hæc iis, qui se vino ingurgitant contingunt. Ita pariter cum synagoga rem euenisse, constat. Cuius vinea lætitiam primũ, iucunditatemq. ingessit, quũ Patriarchas illos Abraham, Isaac, Iacob, ceterosq. preclaros Sanctos viros, ac Prophetas protulit. *Quasi vuas*, inquit Deus per Os. 9. 10 Prophetam, *In deserto inueni Israel*: quia, *Vinea Domini exercituum domus* Es. 5. 7. *Israel est, & vir Iuda germen eius delectabile*. Delectabile vtiq. erat, & iucundum tot inspicere vernantia germina virtutum, & lætus, iucundusque fructus: Deus ex vbertate fructuum, innumera ei contulit beneficia: *Sepiuit eam, & lapides elegit ex illa; & plantauit* Es. 5. 2. *eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea*.] At deinde sensim pessum ruens, sterilis effecta, in vitia degenerans, virtutum flores, fructusque dimittens, Dei concitauit iram: vtpote quæ, ebrietati

vo-

voluptatum suarum tota se dederat. *Hi quoque*, inquit Propheta, *præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorti sunt à vino*. Quid expectari poterat, nisi ebrietatis effectus? Clare Dauid. *Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos. Interrupit mare, & perduxit eos*, & cetera, quæ late prosequitur Dauid, contulit beneficia, quia iucunditatis tunc tempus. at postea, *Cor eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius, in iram concitauerunt eum in collibus suis. Audiuit Deus, & excitatus est tamquam potens crapulatus à vino, & persequutus est inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis*. En cedem, tumulentiæ effectum. Luctus etiam, molestia, mœror subsequutus: quia in crucem eum agentes, vineæ Dominum, Deique filium occiderunt, suspendentes in ligno. Quæ res ingentem mœrorem incussit, adeo vt præ mœrore, & luctu Sol obscuratus sit tenebræ super vniuersam terram factæ, petræ scissæ, mulieres flentes, terra tremebunda. Vt iure merito dicat Deus *Auferam sapem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam*. Quæ quis non videt in synagoga Iudæorum iam impleta? Vtpote quæ iam sit direpta, distracta, nec amplius synagoga: conculcata à cunctis, deserta, sine sacrificio, sine Propheta, sine Sacerdote. & malis iam male perditis, & vinea locata aliis agricolis, Gentibus nimirum, qui iugiter fructum Deo reddunt, temporibus suis. Itaque iure omni, melior est vinea præsentis Christianæ Ecclesiæ, quàm illa fuerit Hebræorum.

Es.28.7

Ps.77.

Es.5.

Mat.21

V. Et odor vnguentorum, &c.

XIV. Pag. 3. Vnctos fuisse Reges in veteri lege, vniuersa sacra Scriptura fatetur. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrum suorum*. Item & Pontifices. *Expiabit Sacerdos, qui vnctus fuerit*. S. Hieronymus lib. 2. in cap. 3. Abac. Chrisma quoque in Exodo 30. Sacerdotale conficitur: quo postea Sacerdotes in Leuitico 8. referuntur vncti. Est & aliud vnguentum, quo Reges vnguntur in regno.] Sanctus Gregorius Naz. orat. 2. in Iulian. Vnguentum quoque habeo, sed quo Sacerdotes solum, ac Reges vnguntur.] Philo in cat. ὀσμὴ μύρων σου τῆς βασιλείας, καὶ τῆς ἀρχιερατείας· μύρῳ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐχρίοντο. ἡ σὴ οὖν βασιλεία, καὶ ἱερατεία ὑπερῆχει τὰ ἐπὶ γῆς. Odor vnguentorum tuorum, regni nimirum, & summi sacerdotii. nam reges vngebantur. tuum itaque regnum, ac sacerdotiū superat terrena cuncta. Quocirca, tum Reges, tū Pontifices Christi appellabantur, a chrismate, hoc est vnctione. Dauid de Saule Rege, *Ne faciam hanc rem Christo domini, vt mittam manum meā in eum, quia Christus Domini est*. Et Esaias, *Dicit Dominus: Christo meo Cyro*. qui rex erat. De Sacerdotibus etiam in Machabæis. *Qui est de genere christorum Sacerdotum*. Osculis autem recte vnguentum nectit, & oleum quandoquidem Reges vnguento vncti, osculo excipiebantur. *Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput Saul & deosculatus est eum*. Osculetur itaq. inquit sponsa, me ex osculis, illis, inquam, postquam vnguentis fragrantibus super omnia aromata, vnctus fuerit à patre in Regem seculorum, & Pontificem maximum.

1. Reg. 16.13.

Leu. 16 32.

1. Reg. 24.7.

Es 45.1.

2. Mac. 10.

1. Reg. 10.

XV. Pag. 3. lin. 8. Non est lenticula.] Et merito, quia cum Christus ex stirpe Dauid esset, non lenticula, sed cornu potius erat vngendus. Sanctus Hieronymus in cap. 3. Abac. Est & aliud vnguentum, quo reges unguntur in regno, quod in duo scinditur. Si enim Dauid est, & Salomon, idest fortis manu, & pacificus, cornu ungitur. Si uero Iehu, & Azahel sunt, perfunduntur lenticula. Vas autem fictile sic uocatur, idest φακὸς.] appellabatur autem Lenticula uasculum, in quo erat oleum effundendum, non à leniendo, ut uoluit Abul. lib. 1. Reg. cap. 10. q. 6. Sed à figura Lenti legumini simillima. De qua Plin. lib. 18. cap. 12. duo genera lentis, alterum rotundius, nigriusq. alte-

alterum sua figura; vnde uario usu, translatum est in lenticulas nomen.] Et lib. 37. cap. 12. Gemma figura oblonga maxime probatur, deinde quæ uocatur lenticula.] Iustinus etiam, Vrna in qua corpus Sybillæ Cumanæ erat, φακὸν appellat, à lentis vtique forma. in parænesi ad gentes, in fin. ἀυτοὶ γὰρ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι, παρὰ τῶν περιηγητῶν μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἐχρησμῴδει, ἡμῖν ὑποδειξάντων. καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι, ἔλεγον. Ipsi enim, cum in Cumæ ciuitate essemus, comperimus ex iis, qui hospites ad ea loca visenda ducunt: qui nobis tum ea loca, in quibus oracula edebat Sybilla, commostrarunt, tum vasculum quoddam ex ære elaboratum, in quo ossa eius asseruari, dicebant.]

XVI. Pag. 3. lin. 11. ἐκ τοῦ πατρὸς δεχόμενος.] Eodem fere dicendi charactere, quo & Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 3. Homo igitur, verus Dei filius factus, vt vnus hominum, spiritum à Patre consequitur.] Et S. Hilarius in c. 2. Matth. in fin. Spiritus Sanctus emittitur, & istiusmodi paternæ pietatis vnctione perfunditur.] Vnctionem Spiritus, Patri tribuit. Et S. Ambrosius lib. de Elia cap. 10. Hoc est oleum lætitiæ, quo vnctus est Christus à Deo Patre, vt præ omnibus suis emineret consortibus.] Nec enim quia à Patre acceptum, Matthæus asserat, negat eum à filio etiam procedere: quandoquidem etiam Christus ait. *Paraclitus, qui à Patre procedit*. (Ioa. 15. 26.) Ex hoc autem Spiritus Sancti descensu colligit Matthæus odorem vnguenti Christi, meliorem esse omnibus aromatibus, quod & Dauid dixerat: (Ps. 44.) *Vnxit te Deus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. hoc est, præter ceteros homines. Theodoretus in Psal. *Præ consortibus tuis*. Symmachus præ sociis tuis. nam participes eius, & socii, & fratres sunt quoque, iuxta humanitatem, quot quot credunt in eum.] ita & Diuus Paulus ait: (Hebr. 3) *Participes Christi facti sumus, si fiduciam, & spem gloriæ, vsque ad finem firmam retineamus*. Sanctus Hilarius lib. 11. de Trinit. Vngitur ergo Deus à Deo præ consortibus suis, etsi ante dispensationem carnis plures ex lege sunt Christi: Christus, qui nunc præ participibus vngitur, posterior in tempore est, dum vnctis participibus antefertur.] Plures Christi, idest vncti, vt paulo ante diximus. Meritò autem odor vnguentorum Christi dicitur esse, ne dum supra Odorem aromatum, verum etiam super omnia ipsa aromata: quia ipse est ***totus desiderabilis*** (Cant. 5.16.): & in ipso ***inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*** (Coloss. 2.9.). In ceteris verò est vna, aut altera uirtus, quæ desiderium eorum in animos ingerit. At Christus totus desiderabilis. nihil est considerare in eo, quod eius desiderium non ingerat. Aromata nocent interdum. Strabo lib. 16. refert Sabæos odoribus stupefieri. Et Hippocr. libr. 5. aphoris. 28. Aromatum suffitus grauedinem inferre. At odor vnguenti Christi, nimirum Spiritus Sanctus, ex Matthæi expositione, & S. Ambrosii libr. de Spiritu Sancto cap. 8. non stupidos, segnes: sed agiles, studiosos sedulos, actuosos efficit. ***Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*** (Rom. 8. 14.). Immo & ministros suos flammam ignis, ***& ignem vrentem facit*** (Ps. 103.). Ignem, qui summe actiuus est. Et ideo in forma ignis descendit in discipulos. & non modo ignis, sed linguæ ignis, quia nullum membrum agilius, citius mouetur, & agitur ipsa lingua in homine. ***Quæ inflammat rotam natiuitatis nostræ*** (Iacob. 3.6.). Nescit enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia.] Sanctus Ambrosius lib. 2. in Luc. & Sanctus Paulus, ***Spiritu feruentes, Domino seruientes*** (Rom. 12 11.). Ita Apollo feruens spiritu loquebatur, & docebat (Actor. 18.25.).] Non itaque grauedinem infert, non saluti officit, immo, ***Spiritus adiuuat infirmitatem nostram*** (Rom. 8. 26.). Odor eius super omnia Aromata, quia ea, quæ odorem emittunt amara sunt. Plin. lib. 2. cap. 7. Odorato sapor raro vlli non amarus, e contrario dulcia raro odorata.] quia terrena cuncta, quæ aliquem exhalant odorem dignitatis, voluptatis, opulentiæ, raro vlli non amara. ***O mors, quam amara est memoria tua, homini habenti pacem in diuitijs suis*** (Eccl. 4.1). Magna est nuptiarum voluptas,

ingen-

ingentem suauitatis odorem afferunt. at amarę fuere Annę cum filios non pareret. *Cum esset Anna amaro animo*. licet vir eius Elcana vegetus, vigensque foret. Fortissimi erant milites Dauid, & à rege impense nimis dilecti: & tamen dicebat Chusai ad Absalom, *Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt esse fortissimos, & amaro animo*. Licet fortitudo, & vires, quæ omnem pauorem ex animo excuterent. Etsi *fauus stillans* videantur *labia meretricis: nouissima* tamen *illius amara quasi absynthium*. Et *inueni*, dicebat Salomon, *amariorem morte mulierem*. Perbellè de amore Plaut. Cistel. act. 1. 1. Amor, & melle & felle est fœcundissimus. Gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsq. oggerit.] dulce primoribus gustatur labiis. amarum ad satietatē sentitur. Apulei consilium l. 2. met. caue ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas.] Opes quā lętę cum vineę florentes dant odorem suū, suauitate replentur corda. tamen mentietur opus oliuę, arua nō afferent fructum. *Luxit vindemia*, inquit Esaias, *infirmata est vitis, cessauit gaudium*. *Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam*. Licet vini potio lætificet cor, mœrorem adimat, tamen amara est potio eius. Quid pace dulcius? Cuius nomen solum dulce est, & res ipsa salutaris. Cic.] Et tamen Ezechias Rex clamat: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Peccatori dulce videtur ire post voluntates suas; at *Cum dulce fuerit in os eius malum, abscondet illud sub lingua sua*. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus*. Dulcedo erat extrinsecus, apparens, in extima parte: at amaritudo intrinsecus, ibi in visceribus cordis eius fel aspidum sentiet. Helluo qua iucunditate se ingurgitat? tamen, *Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum*. Articulares morbi, capitis grauedines, calculi, febres irruunt super eum. Sanctus Hieronymus in caput 16. Ezech. Habent & contrariæ fortitudines simulati olei lenitatem, dulcia per hæreticos pollicentes: quę vertuntur in amaritudinem, & quæ detestatur Propheta commemorans; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.] Odor verò Christi super omnia aromata, quia odor ex dulcedine, dulcis est, & odoratus.] *O quam bonus, & suauis est Domine Spiritus tuus in omnibus*. Sapiens elata voce effert nō in vna aut altera re, sed in omnibus suauis; quia totus desiderabilis. Bonus, quia bonitatis fons, & autor bonitatem ipse tribuit. Verum, ne dum bonus, sed etiam Suauis, quia ipse iugum Domini suaue, & onus eius leue reddit. non modo amarus non est, quinimmo, quæ amara, aspera sunt; dulcia, suauia efficit. De ceteris odoribus ait Plin. lib. 21. cap. 7. quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur.] At Christus pascens, cubans in meridie, trahit post se in odorem vnguentorum suorum, fideles animas. Et si odoratarum rerum tactu, odorata redolet manus. etiam Christi discipuli ex iugi conuersatione, & contactu Christi, qui dicebant: *Vidimus, perspeximus oculis nostris, manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ*: Ingentem exhalabant odorem, ac dictitabant, *Christi bonus odor sumus in omni loco*. Odor, qui in nobis est, Christi est, non ex nobis: ipse enim nos hac vita informauit, ipse gratiam recte viuendi tribuit. quid verò mirum, si adeo odoratior odor erat Christi? Quandoquidem, si feruidi illi terrarum tractus Arabię, & Syriæ optimorum odorum feracissimi sunt, quod odor ex calore humidum decoquente, & exiccante oriatur, ex Arist. sect. 12. problem. q. 12. quis odorum feracior erit Christo filio Dei, qui ignis consumens est, & feruore charitatis ardens, *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, se ipsum tradidit in mortem*. Refert. Plutar. Alexandrum Macedonem suauissimum odorem iugiter ex membris eius efflasse, quod esset temperamento corporis præferuido, & igneo. quanto magis Christus ignis accensus, cuius natura diuina ignis est: cuius charitatem aquæ multæ non potuerunt extinguere, nec flumina ipsa persecutionum obruere. immo aquas ipsas igneas potius effecit, & corda hist.

1. Reg. 1.10. — 2. Reg. 17. 8. — Prouer. 5.4. — Eccl. 7. 26. — Esaias 24.8. — Esaias 38.17. — Iob 20. 12. — Iob 20. 22. — Ps. 140. — Sap. 12. — Mat. 11 — Cantic. 1.7. — 1. Ioan. 1. — 2. Cor. 2 — Heb. 12 — Cant. 8. 7.

peccatorum frigida incendit diuino amore: adeo vt dixerint discipuli illi, iam frigidiores effecti: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via?* sæuiosque tyrannos Ecclesiæ, qui Christum odio plusquam Vatiniano persequebantur christianos efficit: suauior, inquit Plinius lib. 21. hist. cap. 10. odor, e longinquo.] ideo sponsa, quæ vim odoris sponsi sui nouerat, clamat: *Fuge dilecte mi super montes aromatum.* Et ipse Christus cum sublatus in cælum ascendit, e longinquo suauiorem efflauit odorem: quia assumptus in cælum, Spiritum paraclitum misit in terris, qui solaretur omnes, & suauitate repleret orbem terrarum: ideoq. ipse, qui optime naturam sui sciebat odoris, sæpius iterabat: *nisi ego abiero, paraclitus non veniet ad vos, cum assumptus fuero à vobis mittam eum.* Odor suauior e longinquo, opus est, vt secedam à vobis, longe abeam ad cælos, si meum percipere vultis odorem Spiritus Sancti, qui est super omnia aromata. Plin. ibidem ait quædam esse odoratiora decerpta, quam in suis radicibus.] Sic Christus, odore suo traxit secum totum mundum, Orbemque conuertit, decerptus. *Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viuentium.* Quia abscissus, & decerptus, ideo innumeram generationem fidelium ad sui odorem traxit. quòd & ipse dixerat: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Quis odor eiusmodi vmquam odoratior fuit, vel erit? Meritò itaque *Odor vnguentorũ tuorũ super omnia aromata,* quippe qui ex Philosophorũ sententia, ex fumea quadam substantia constat. Cetera enim omnia creata odoramenta, fumum habent admixtum. *Ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, de manu Angeli.* & fumus iste orationes erant Sanctorum; quia nemo mundus a sorde. *Septies in die cadet iustus.* At odor Christi super omnia aromata, quia nullus in eo vnquam extitit fumus etiam labeculæ cuiusuis peccati, quia summe perfectus, & Deus erat. Carent enim, inquit S. Dionysius lib. eccl. hierar. cap. 4. omni macula, & sorde abstrusæ Dei, odoratioresque, quam mens cogitare possit, pulchritudines.] Quocirca recte subinfert, Sic ergo statuimus vnguenti confectionem concretionem esse quandam rerum bene olentium, quæ in se magnam vim, & copiam fragrantium qualitatum contineat: cuius, qui facti sunt participes, odorem bonum ex se efflant, proportione fragrantis communionis, quæ in eis inest. Sed diuinissimum Iesum supra modum, & maxime odorum suauitate refertum esse, certo scimus: spiritualibusque distributionibus mentem nostram diuina voluptate complere.]

Luc. 24 · Cant. 8. · Ioan. 6 7. · Esaias 53. 8. · Ioann. 12. 32. · Apoc. 8. · Pr. 24.

XVII. Pag. 4. lin. 8. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα.] in descensu Spiritus Sancti, constituit diuersitatem vnctionis Christi à ceteris. quod explicat S. Basil. in Cat. 50. Psalm. ex interpretatione Danielis Bar. ps. 44. Vnctus est autẽ prꝑter consortes suos. hoc est, super homines vniuersos, qui Christi participes sunt. Propterea quod illis particularis quædam spiritus communicatio data est: at super filium Dei descendens Spiritus Sanctus, vt Ioannes dicit, *mansit super eum.*] Et S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. Neque enim nos capere possumus plenitudinem Spiritus Sancti, sed tantum accipimus, quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate, diuiserit: supra nos ergo effusum est de Spiritu Sancto: at verò super Dominum Iesum, cum in forma esset hominis, manebat Spiritus. circa nos ex affluenti commodo liberalitas largientis est: in illo totius manet in æternum Spiritus plenitudo. Inseparabilis est enim plenitudo gratiæ spiritualis: sed nobis pro nostrę participatur facultate naturę.] Itaq. Christus Spiritum Sanctum perenniter, nos de Spiritu Sãcto fluẽter accepimus. Aliam innuit S. Hieronym. cap. 16. in Ezech. quod vnctio in ceteris sit ad medelam, at in Christo ad lætitiam. Dominus autem, inquit, noster alio vnctus est oleo, quod non dolorem vulnerum mitigaret, sed lætitiam tribueret: dicente ad eum Spiritu Sancto. Propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis, præ consortibus tuis.]

Ioan. 1. · Ps. 44.

XVIII

℣. 3. Vnguentum effusum

XVIII. Pag. 4. ἐκκενωθὲν.] mendum. legendum forte ἐκκεκριθὲν, selectum, eximium. Vel potius, quod verius puto, ἐκχυθὲν effusum. tum quia in schol. legit ἐκχυνόμενον, ab ἐκχύνω, vel ἐκχέω. tum etiam quia in hebræo est תורק a radice ריק, & eam vocem sæpe LXX. reddiderunt etiam ἐκχέειν. Ps. הרק LXX. ἔκχεον, effunde frameam. Eccl. *Si repletæ fuerint nubes imbrem super terram effundent*. Hebr. יריקו LXX. ἐκχέουσιν, effundent.
Ps. 34. Eccl. 11
Eze. 12 Ezechiel. *Gladium euaginabo*. Hebr. אריק LXX. ἐκχεῶ effundam. Huic lectioni adstipulatur etiam Vulgata, legens, *Oleum effusum*. Et S. Hier. ita constanter in ho. 1. Orig. in Cant. vertit, Vnguentum effusum.] S. etiam Amb. libr. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. Filii nomen effunditur, sicut habes: *Vnguentum effusum nomen tuum*. nam sicut inclusum in vase aliquo vnguentum, cohibet odorem suum. qui odor quamdiu vasis illius angustiis coercetur; & si ad plures non potest peruenire, tamen vim suam seruat. cum vero de vase illo, quo claudebatur vnguentũ fuerit effusũ, lõge lateq. diffunditur. Ita & Chrifti nomen ante eius aduentum, in Israel populo, quasi in vase aliquo, Iudæorum mentibus claudebatur. *Notus enim in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*. Huius igitur effusio nominis, abundantem quamdam exuberantiam gratiarum, bonorumque cælestium significat largitatem, ex abundanti superfluit, quicquid effunditur.] quæ S. Ambrosius hausit conceptis verbis ex Didymo Alexandr. lib. 1. de Spiritu Sancto ut & pleraque alia multa. LXX. Vat. ἐκκενωθὲν, exinanitum, exhaustum. S. Gregor. Naz. orat. in S. Baptisma, ita etiam legisse videtur, cum dicat: ἀλλ' ὀσφρανώμεθα τῦ ἐκκενωθέντος δι' ἡμᾶς μύρου. Verum vnguentum illud nostra causa exinanitum odoremur.] licet Bill. vertat, effusum. S. Ambrosius libr. de Elia capit. 10. lib. de initiandis cap. 6. & lib. 5. de sacramen. cap. 2. Vnguentum exinanitum nomen
Ps. 75.

tuum. lib. 1. de Spiritu Sancto c. 8. Vnguentũ exinanitum est nomen Iesu.] LXX. etiam Interpr. hanc eandem vocem ריק verterunt ἐκκενοῦν exinanire. Ezec. *Gladium nudabo* heb. אריק LXX. ἐκκενώσω exhauriam, euaginabo. immo id, quod LXX. in Eccl. reddiderunt ἐκχέουσι, Aquila vertit ἐκκενώσουσι. & quod in Ezech. LXX. ἐκχεῶ al. ἐκκενώσω. Ex quibus constat, idem fere, diuersis nominibus significari. exinanitio .n. sequitur ad effusionem. nam cum e vasculo effunditur vnguentum, illico vas est exinanitum, inane, & vanum redditum; idq. plane exinanire, significat. Plaut. Truc. act. 4. scen. 2. istum exinani.] Spolia rebus omnibus. Cic. act. 1. in Verr. Siciliam prouinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse, dicitur.]. Sidon. Apol. lib. 7. ep. 2. Et quamuis posset triumphalibus adoreis familiæ tuæ defatigari, non tamen eatenus explicandis antiquorum stemmatibus exinaniretur, vt ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtusior.] Ea enim est Dei liberalitas, & munificentia, vt non parce sua dona tribuat; sed large lateque effundat, profundat: ita vt pene suos thesauros videatur exhaurire, *quia cum diues esset, pro nobis egenus factus est*, hoc est, vnguentum exinanitum. quod explicat S. Paulus, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens*. quæ Tertull. libr. 5. aduers. Marcion. cap. 20. sic reddit. In effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit pariari Deo, sed exhausit semetipsum, accepta effigie serui.] quod Vulgata nostra dicit exinaniuit, Tertullianus vertit, exhausit. quomodo autem id contigerit recte explicat S. Ambr. libr. 1. Spiritu Sancto cap. 7. *De spiritu meo effundam*. non spiritum ait, sed de spiritu: Neque enim nos capere possumus plenitudinem Spiritus Sancti. sed tantum accipimus, quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate diuiserit: sicut enim Dei filius semet ipsum exinaniuit, vt nos eum nostris
Ezech. 5. 2.
2. Cor. 8.
Phil. 2.

ſtris animis percipere poſſemus. Exinaniuit autem, non quod ipſe eſſet vacuus ſuæ plenitudinis, ſed quò mihi qui plenitudinem eius ſuſtinere non poſſem, pro eo, quod capere poſſem, infunderetur. Ita etiam de Spiritu Sancto Pater ſe dicit effundere, ſuper omnem carnem. non enim totum effudit, ſed quod effudit omnibus abundauit.] & hoc ipſum ſignificat effuſum. Didym. Alex. lib. 1. de Spiritu Sancto. ex interpret. S. Hieron. *Vnguentum effuſum nomen tuum*. ſignificat autem effuſionis verbum, largam, & diuitem muneris abundantiam.] Ita etiam Matthæus exponit. ὑπερπληρούμενον. licèt A. legat, ὑπερηπλωμένον, ſuper expanſum. In catena illa a Ioann. Meurſ. Græcorum patrum, græcè edita; duæ lectiones habentur in textu, non ſecus ac duo verſus diuerſi forent. μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου· ἔλαιον ἐπιχεόμενον ὄνομά σου. Vnguentum exinanitum nomen tuum. Oleum ſuperfuſum nomen tuum.] S. Hieron. in interpretat. hom. 1. Orig. ſemel habet, Oleum effuſum nomen tuum. Deinde fere ſemper, Vnguentum effuſum nomen tuum. Vt vtraque lectio ſit fere vulgata: vel potius vt in idem vtraque recidat; & per ἔλαιον ſignificetur μύρον: & per μύρον, ἔλαιον: ſiquidem eandem vocem hebr. שמן, quam hic LXX. reddiderunt μύρον, alibi ἔλαιον interpretati ſunt. Geneſ. *Erexit lapidem in titulum*. ויצק שמן
Geneſ. 28. 18. LXX. ἐπέχεεν ἔλαιον. *Fundens oleum deſuper*. Exod. שמן ἔλαιον. *Oleum ad*
Exo. 25. *luminaria concinnanda*. immo cum
Pſ. 132. LXX. Pſam. ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς dixerint, *Sicut vnguentum in capite*. Aquila vertit, ἔλαιον ἀγαθόν, Oleum bonum: Interpratatur autem S. Ambroſ. hæc verba de Chriſto ſed aliter, atque aliter: lib. 3. de Virginibus. Vnguentum exinanitum. ſemper vnguentum hoc erat, ſed erat apud patrem, erat in patre. Olebat tantum Angelis, & Archangelis. tamquam ianuas cæli aperuit os pater, dicens: Ecce poſui te in
Eſ. 49. teſtamentum generis mei, in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ. Deſcendit filius, repleta ſunt omnia nouo odore Verbi. Eructauit cor patris verbum bonum.] Vt Pſ. 44.
oleum exinanitum fuerit, cum carnem ſumpſit. Deinde de Chriſti virtute. Ipſe Dei filius, inquit, in corpore, tamquam in vaſe, odorem primo cohibebat, ſuum opperiens tempus.] Quocirca dixit matri flagitanti, vt ſua virtute aquam in vinum verteret, *Nondum venit hora mea*. Venit hora, ſub- Ioan. 2.
dit, aperuit os, exiuit vnguentum, quando virtus exibat de eo, & ſanabat omnes.] Demum, de incarnatione, ipſa. Hoc vnguento vncta eſt Maria, & virgo concepit, Virgo peperit bonum odorem, Dei filium.]

XIX. Pag. 4. verſic. 2. lin. 9. παρθένον καὶ νεανίδα] Clare id ex ſacris litteris conſtat, ſiquidem eadem ipſa vox hebr. עלמה quæ hic à LXX. vertitur νεανὶς, ab ipſiſmet Geneſ. redditur παρθένος. & erit העלמה ἡ παρθένος, *Vir-* Gen. 24 33.
go cui ego dixero. & Eſai. ecce העלמה ἡ παρθένος *Ecce Virgo concipiet*. Aqui- Eſ. 7. 14
la vero ἰδοὺ νεανὶς. Ecce adoleſcentula. Notat autem S. Hieron. qq. in Geneſ. עלמה numquam niſi de Virgine, ſcribi: eiuſque etymon explicat, dicens *ngalma* quod interpretatur abſcondita, ideſt, virgo, nimia diligentia cuſtodita, maioris mihi videtur laudis eſſe, quam Virgo. Virgo quippe iuxta Apoſtolum 1. Cor. 7
poteſt eſſe corpore, & non ſpiritu. Abſcondita vero, quæ virgo eſt, ἐπίτασιν virginitatis habet, vt & uirgo ſit, & abſcondita. & quæ abſcondita eſt, iuxta idioma linguę hebręæ; conſequenter & uirgo eſt: quæ autem uirgo, non ſtatim ſequitur, ut abſcondita ſit.] νεανίδες itaque adoleſcentulæ, ſunt uirgines ſecretæ, abſconditæ, quæ nimia diligentia ſe cuſtodiunt à conſpectu hominum, Hæ ſunt, quæ dilgunt Dominum. עלמות *ngdlamoth* enim adoleſcentulæ, eſt à radice עלם clauſit, abſcondit. Iob. *Sa-* Iob. 28
pientia vbi inuenitur? Et quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt, נעלמה *nangalma*. *Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium*. Non inuenitur ſapientia in forenſibus turbis, non in conuictu commeſſantium, non in cœtu obloquentium, plateis, ac foro. abſconditur ab oculis omnis viuentis; ubi eſt uiuentis oculus, abſcondit ſe ſapientia, non amat

cœtus

cœtus hominum, non oculos humanos; quocirca Christus Dominus, vera sapientia, consortia, & cœtus iugiter fugiebat, & eum existimantes illum esse in comitatu, requirerent eum inter cognatos, & notos, nusquam inuenerunt. A
Luc. 2. 44.
virginibus animis reperitur, ab adolescentulis, quæ virgines clausæ, absconsæue sunt, quę consortia fugiunt hominum. Clausam enim appellat virginem sacra scriptura, tum quia virginis claustra clausa sunt, *Porta hæc clausa erit*,
Ezec. 44.
tum etiam quia vera virgo, virgo nimirum corpore, & spiritu, in abscondito degit, sola in intimis penetralibus, inquit S. Ambros. libr. 2. in Luc. quam nemo virorum videret, sola sine comite, sola sinn teste.] Et quando necessitate adacta cogitur exire domum, velo oppanso, & theristro se vndique operit, vt oculos fugiat, fallatque hominum. quocirca LXX. idem verbum quod hic verterunt νεανίδες adolescentulæ Psal. 43. 27. reddiderunt τὰ κρύφια. *Ipse enim nouit* עלמות *Nghalamoth* τὰ κρύφια *abscondita cordis*. Vt vere posset ipse enim nouit adolescentulas, virgines corde. quæ corde, & animo virgines sunt, noscuntur, hoc est, diliguntur a Deo. Virgo enim, quæ verè virgo est, debet se abscondere, & ita esse occulta hominibus, perinde ac cogitationes cordis, quæ soli Deo sunt notæ. Et virgo soli Deo nota esse debet, vt nemo virorum sciat quæ sit, quis locus eius, quæ agat, quæue faciat. Discite virgines, inquit S. Ambros. non circumcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones.] Ij ergo qui purgati sunt animo, qui & virgines appellantur, puritatis amatores, sunt qui Deum diligunt, & sunt adolescentulæ clausæ absconditæ: quia non circumcursant per alienas ædes, per domos, per aulas principum; non demorantur in plateis ciuitatis; & si in publicum aliquando prodeunt, tamen in publico sermones non miscent, secreto incedunt, cum silentio, ne oculos aliorum trahant. Ii sunt, qui post sponsum per imitationem incedunt, qui solus, nocte, & in montibus pernoctabat in oratione Dei. In montibus extra ciuitatem, extra tumultum, segregatus a consortio hominum. Nocte, vt oculos fugeret omnium, absconditus esset, & poneret tenebras latibulum suum, quo lateret. Solus, nos instruens, satis locupletemque testem nostrarum operum ipsum fore Deum? *Ora patrem tuum in abscondito*, inquit Christus, *& pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Nunquid non ea videt Deus quæ in conspectu hominum fiunt? Videt vtique: quia *Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius*. Sed quia ea reddit, quæ videt in abscondito, ibi figit obtutus, vtpote sibi placita, vt remuneret ibi spectant oculi munifici Dei, dicente Christo: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum. Non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare*. Locuples testis est, qui solus remuneraturus est. Satis locupes testis est, propter quem, vt ei placeant, opera fiunt. qui puro animo est, solum Deum spectat, soli Deo placere cupit, homines fugit, tamquam virgo. Ita de Tobia legitur. *Cum esset iunior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen puerile gessit in opere. hic solus fugiebat consortia hominum, Sed pergebat in Hierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel*. Quia nunquam pedem e domo referre debet, is qui puritatem amat, nisi vt ad templum Domini pergat, & ad templum pergere debet non alia mente, quam vt Dominum Deum adoret.

Luc. 6. 16.
Ps. 17.
Matth. 6. 6.
Heb. 4. 13.
Matth. 6. 1.
Tob. 1.
[illegible] 17.

XX. Pag. 4. v. 3. lin. 13. Et quæ dixerunt.] Hærebam nimis de interpunctione huius loci, nam A. nulla interpunctione vtitur. In B. autem duæ hic desunt pagellæ, quæ vtique magni mihi fuissent adiumenti, cum codex ille melioris sit notæ, & illius fere temporis, vt Matthæi redoleat ætatem. Hærrebam autem, quia duobus modis interpungi posse videbam hanc sententiam, & vtraque suos habet authores duces. Primò. καὶ ἃ [illegible].

[illegible] 12

Et quæ dilexerunt eum, traxerunt post ipsum. Ita legit Philo Carpath. Propterea adolescentulæ dilexerunt te, atq; traxerunt te post te.] Et ne sit ambigendi locus ita eum legisse, subdit, Et altera rursus adolescentula a tergo inclamabat Iesum, nomine Chananæa; genere verò Syrophœnissa, & ipsa ergo Iesum à tergo traxit.] Vt exponere videatur, traxerunt ipsum post, id est à tergo. Sed huic lectioni videtur repugnare Matthæi expositio, qui ὀπίσω αὐτοῦ statim explicat, intelligendam imitationem, & obsequelam. Sanctus Ambros. etiam retulit ὀπίσω ad εἵλκυσαν, licèt ipse legerit ἕλκε libr. de initian. cap. 6. Attrahe nos post te.] Secundo, καὶ ἀγαπήσασαι, αὐτὸν εἵλκυσαν. ὀπίσω αὐτοῦ. Quam lectionem sequitur Origen. hom. 1. in Cant. ex interpretatione S. Hieronym. Propterea iuuenculæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Adolescentulæq; respondent: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus.] Interpungendam itaque censeo sententiam, hoc pacto: καὶ ἀγαπήσασαι, αὐτὸν εἵλκυσαν. ὀπίσω αὐτοῦ. Vt primò amoris effectum explicet, & quæ dilexerunt, traxerunt eum.] Deinde quid significet ὀπίσω αὐτοῦ. Vt αὐτὸν notetur eum εἵλκυσαν, non cum ἀγαπήσασαι. Ex eo enim quòd dilexerunt sponsum, eum in sui ipsarum amorem traxerunt. Ducor authoritate Eusebii a Meursio editi, qui ita in com. explicat [illegible] εἰς ἀγάπησιν; φησὶ γὰρ ἡ σοφία: ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ. Traxerunt te in amorem; nam inquit sapientia, *Ego diligentes me diligo*. Ex quo Polycron. [illegible] Traxerunt autem in mutuum amorem.] Qui enim diligit, diligetur: quia magnes amoris amor, dixit ille; & Hecaton apud Senec. ep. 9. φίλτρα amoris, amorem esse dixit: Ego, inquit, tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius Veneficæ carmine. si vis amari, ama.] A quo Martial. lib. 6. epigr. 9. & Auson. epigr. 90. si vis amari, ama.] Et Christus Dominus. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo*. vt ab amore virginum tractus sponsus, eis gratiam impertierit, quò post eum currentes, perfectæ redderentur. Hac interpunctione vtitur S. Hieron. Esai. cap. 19. Qui potuerit sponso dicere: post te in odorem vnguentorum tuorum curremus.] S. Ambros. lib. 5. de sacram. cap. 2. Et lib. de Isaac c. 3. Attrahe nos, post odorem vnguentorum tuorum curremus.] Deinde exponit quid sit ὀπίσω αὐτοῦ. post ipsum. subdens ἤγαγον, ἠκολούθησαν αὐτῷ: vt idem sit dixisse Salomonem, *post eum*, ac sequutæ sunt eum. ac ita etiam deinceps interpungendum εἵλκυσαν σε. ὀπίσω σου εἰς, &c. Traxerunt te; post te in odorem, &c. Dilectio dilectionem sponsi traxit, a qua gratiam consequutæ fuere adolescentulæ, vt post sponsum currerent. Locum consequutæ honoris, & dignitatis. ante Cardinales serui incedunt, ponè ipsos, præsules, antistites. Immò etiam apud exteros. Plutarc. περὶ φιλαδελφίας. Refert Ariamenem Xerxis fratrem, dixisse: τιμὴν δὲ τὴν μετ' ἐμὲ, τοῖς ἀδελφοῖς φυλάξω. ἐξέσται δὲ πρώτῳ τῶν ἀδελφῶν. Honorem porro, post me, fratribus seruo, atque inter fratres Xerxi primo.] Xenoph. libr. 8. Cyropæd. agens de pompa Cyri procedentis, inquit: πρῶτον μὲν ἐν πρὸ τῶν ἐξελάσεως εἰσκαλέσας πρὸς αὐτὸν τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔχοντας Περσῶν, καὶ τῶν ἄλλων, διέδωκεν αὐτοῖς τὰς μηδικὰς στολάς. ἔλεγεν δὲ αὐτοῖς ὅτι ἐλάσαι βούλοιτο· πρὶν ἡλίου ἀνίσχειν ἔφη, ἐπὶ τὰς θύρας καὶ μεθέντες ἑστηκέναι, ἕως ἂν ἐγὼ ἡγῶμαι, ἔπεσθαι ἐν τῇ ταχθείσῃ χώρᾳ. Primum igitur antequam equitans egrederetur, vocatis ad se principes, qui inter Persas magistratum gerebant, & alios, stolas in eos Medicas distribuit, & inter distribuendum, pariter dicebat, velle se equitare: quamobrem ante fores præsto sitis hisce ornati stolis, ante solis ortum, quumque ego præcessero, sequimini eodem quo quisque steterit loco.] præcedit Cyrus, sequuntur archontes, dinastæ, magnates. ἐπὶ θύρας. Plaut. Amphy. act. 4. 3. Vide sis, herus salutator oppessulatas ante fores, graditur.] [illegible] Ita Anteambulones, mane ante solis ortum, pre foribus, egressum Regis deducendi gratia, præstolabatur. Ante te ante esse

Prou. 8. 17.

Ioan. 14 21.

esse famulorum ; liquet ex Lucian. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: qui eorum recensens miseras seruitutes, ait. φιλοπόνως ἕπεσθαι, μᾶλλον δὲ ἡγεῖσθαι, ὑπὸ τῶν οἰκετῶν προωθούμενον, καὶ ὥσπερ τινὰ πομπὴν ἀναπληροῦντα. Gnauiter vt adsis necesse est, immo ante eas potius a famulis protrusus, ac veluti pompam quandam explens.] quocirca Anteambulonis nomen probri erat, & dedecoris, quo per contumeliam notatum Vespasianum a matre, Suetonius in Vespasian. cap. 2. tradit. Eum identidem per contumeliam Anteambulonem fratris appellat.] In veteri Testamento quamuis illustres forent viri, sanctitate prestantes, tamen non ponè, sed ante Deum eis incedere fas erat, & vt Anteambulones Dei, ante Deum ambulare. Ita summo illi Patriarchæ Abrahæ a Deo expresse iniungitur:
Gen. 17. 1. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Licèt Patriarcha sis, licèt perfectus, tamen non nisi coram: ante, non ponè Deum per te licebit ambulare. Veluti Anteambulo Dei, coram eo incedes. Et Dauid licèt Rex inclytus, tamen cum duceretur Arca Domini:
2. Reg. 6. 14. *Saltabat totis viribus ante Dominum.* Et Salomon etiam, cum solemni illa
3. Reg. 8. 5. pompa Arcam Domini inferret in templum, *Rex Salomon, & omnis multitudo Israel, gradiebatur cum illo ante Arcam.* At in nouo Testamento, gratia per Christum facta, ponè eum suos ambulare facit: Petro, & Andreæ suomet ore, vt summo eos hono-
Matt. 4. 19. re prosequeretur, ait, *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Et de virginibus refert Sanctus Ioan-
Apoc. 14. 4. nes. *Virgines enim sunt, hi sequuntur Agnum quocumque ierit.* Sequuntur ponè ipsum, tamquam magnates incedunt. Non amplius ante, vt veteres illi patres tamquam Anteambulones. Et summus Pontifex, cum solemni ritu incedit, ipse post Sanctum Iesu Christi corpus in augustissimo Eucharestiæ Sacramento pergit. quò cunctis innotescat Christum seruasse honorem post se, suo Vicario in terris, qui primus post eum, vt incedit, ita re vera sit. Hoc itaque erat in votis sponsæ, hoc enixè precabatur, impensè expetebat; tempus nimirum optatissimum adesset noui Testamenti, quo incarnato Dei filio, liceret ei cum adolescentulis virginibus eum sequi, post eum currere, non amplius ante, vt olim: vtpote illustris sua iam incarnatione natura humana effecta, honore aucta, Traxerunt te suis precibus vt naturam asumeres humanam, post te curremus. Illico enim ac è cœlo in terram, a tua dilectione tractus, descendes, curremus post te. Sanctus Ambrosius libr. 2. de Virgin. Retro in odorem vnguentorum tuorum curremus.] Constat enim post Christum, tot innumeros extitisse Martyres, religiosos viros, qui se, suaque largè pro Christo profunderent. Cum ante incarnationem vix vnus, aut alter extaret. quocirca & ipse Deus excla-
mabat. *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Perijt Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Curremus autem inquit, in odorem vnguenti tui, in virtute nimirum Spiritus Sancti, perfecti reddemur. Virtus enim Spiritus Sancti adeo suaui odoris fragrantia, replet ea, quæ ceteri vix odorant, vt suauitate referti, ac refecti currant omnes. *Viam mandatorum tuorum cucurri*, inquit Dauid, *cum dilatasti cor meum.* Proprium id odoris, & lætitiæ. Odores enim, inquit Theophr. lib. de odor. συνεγείρειν δοκοῦσι πρὸς τὰς γεύσεις, Palatum iuuare videntur.] quia suauitate sua cuncta suauia facit, vt mirum non sit, *Iugum Domini suaue fore*, ijs, qui virtute Spiritus Sancti referti sunt. Et si secularibus hominibus, in luxu, & voluptate vitam ducentibus, insuaue, & asperum videtur iugum Domini, nihil mirum: quia inquit Plinius libr. 21. historiar. cap. 7. In Aegypto minime odorati flores, quia nebulosus, & roscidus aer est a Nilo flumine.] Nebulosus enim aer, & roscidus, qui e voluptatum flumine exhalat, facit vt odores

Mic. 7. 1.
Ps. 118.
Matth. 11. 29.

Spiritus Sancti non percipiatur. quocirca & Plinius ibidem de Iride ſic, quia diuerſi coloris ſpecie floret, perinde ac cæleſtis arcus, appellata. quæ nõ modò ipſa odorem emittit, verum etiam & cuiuſcumque arboris radices attingit, odoratas reddit, tradit. Præcipitur ante omnia, vt caſti legant.] Caſti odoratos flores ſpiritus legunt. *Fructus enim ſpiritus*, inquit S. Paulus, *charitas, gaudium, pax, modeſtia, continentia, caſtitas*. Alioquin in vacuum laboramus. Ex eiuſdem Apoſtoli ſententia. *Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. ſed in omnibus exhibeamus nos metipſos ſicut Dei miniſtros, in ieiunijs, in caſtitate, in ſuauitate, in Spiritu Sancto: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Fruſtra Irin ſpiritus ſine caſtitate legere conaris. Adoleſcentulæ virgines, poſt eum, in odorem currunt. Caſti enim ſuauitate ſpiritus delectati exultantes, iugum legis læti ferunt, & quietè, tranquillèque degunt. S. Paulus. *Vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate*. Vbi enim illa deeſt virtus, iurgia ſunt, turbæ, lites, ſectæ, diſſentiones.

Gal. 5. 2. Cor. 6. 1. Tim. 5.

℣. Introduxit me Rex, &c.

XXI. Pag. 4. ταμεῖον.] S. Ambroſ. libr. 5. de ſacram. cap. 2. Introduxit me Rex in cubiculum ſuum. Græcus in promptuarium ſuum.] Introductum ſe fatetur Salomon in promptuarium, in cellam promam Dei. Promptuarium autem exponit Matthæus incerta, & occulta ſapientię Dei eſſe. quę cum percepiſſet Salomon, meritò ſe ingreſſum in promptuarium Dei aſſerit. Eſt verò Promptuarium ex Sipontino, locus in quo res ad vſum neceſſarię repoſitę ſunt, vt ſtatim promi, ac proferri poſſint.] Vt à facilitate promendi, quæ condita ſunt, Promptuarium appelletur. Apul. libr. 1. metamorph. Ex promptuario oleum vnctui, & lintea terſui, & cetera huc eidem vſui profer ocyter.] Ocyter profer ex promptuario, ad Promptuarii etymon reſpiciens. Ita ocyter Salomon ex hoc Promptuario Dei, occulta myſteria promens in lucem hoc Cantico, protulit, quaſi ex proma cella. Promptuariũ enim antiqui, promam cellam appellabant. Ac ita etiam Tertull. libr. de reſurrectione, vocem ταμεῖον, cellam promam vertit. Nam vbi noſtra Vulgata in Eſaia habet: *Vade populus meus, intra in cubicula tua*. LXX. εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖον σου. Tertul. Populus meus introite in cellas promas.] Videtur autem legiſſe εἰς τὰ ταμεῖα. Explicans autem quid ſint cellæ promæ, ſubdit. Cur cellarum promarum potius vocabulo vſus eſt, & non alterius loci receptorii? Niſi quia in cellis promis caro ſalita, & vſui repoſita ſeruatur, depromenda illinc ſuo tempore.] Cellæ, quia in eis reponuntur occulta: Promæ, ab expromendo, quia non ibi occultantur perpetuò manſura, ſed ſuo tempore promenda. S. Ambroſ. libr. 6. de ſacrament. cap. 3. & lib. de fide reſurrectionis legit. Ambula populus meus, intra in receſſus tuos, claude oſtium tuum, abſcondere aliquantulum.] Quibus verbis, periphraſim facit Cellæ promæ, ſiue Promptuarij. receſſus enim, & cubicula clauſis oſtijs obſerata, Promptuaria, & Cellæ ſunt. Sueton. in Caligula cap. 41. Lupanar in Palatio conſtituit, diſtinctiſque, & inſtructis pro loci dignitate, compluribus Cellis, in quibus matronæ, ingenuæque ſtarent.] Vtique non palam, in aperto; vt ingenuarum, & matronarum conſuleret famæ. Lepide hinc Curculio ſecretiores ventris partes, Cellas appellat. Plaut. Curcul. act. 3. 1. Aedepol næ ego hic me intus expleui probè. Et quidem reliqui in ventre cellæ vni locum, vbi reliquiarum reliquias conderem.] Conderem, occultè ſeruarem. Quocirca & pro penu ipſo, ſumitur. Plaut. Captiu. act. 3. Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium. Ego ibo vt conueniam ſenem, dicam vt ſibi penum aliud ornet.] a Cella autem Cellarium deducitur. Ex quibus conſtat, nomen *Cellaria* Vulgatę, non ſignificare tan-

Eſa. 26. 20.

re tantum cellam vinariam, vt vulgo fertur, sed promptuarium, cellam promam totius penu, quo nomine significantur non dum esculenta, & poculenta: sed etiam thura, cerea, ligna, aromata, & cętera omnia, quæ seruari solent in cellis, vt ait Gellius. Cic. 4. in Verr. Cato sapiens cellam penariam reipublicæ nostræ nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.] quia è Sicilia, victum omnē sibi parabat populus Romanus. Plaut. milit. glor. act. 3. 2. Post hæc sagina ego eiiciar cellaria, Vt tibi qui promat, alium suppromum parer.] Suppromum, Promum substitutum loco primi promi. Saginaria cellaria, locus, è quo quis saginari posset. ταμιεῖον itaque hic non modo cellam vinariā, sed etiam promptuarium significat. Hesyc. ταμίας, φύλαξ χρημάτων, θεράποντας, διατάκτης, οἰκονόμος, διοικητής. ταμιεῖον ἡ ἀποθήκη τοῦ οἴκου, ἢ κελλάριον. ταμίας custos est pecuniarum, præpositus, dominus, œconomus, præfectus. ταμιεῖον, perfecta domus, seu cellaria fidelis.] Cyrill. in lex. ταμιεῖον, κελλάριον.] Et ideo vulgatus interpres *Cellaria* hic vertit. S. Ambros. libr. 5. de sacr. cap. 2. Induxit me Rex in cellarium suum, vbi bona libamina, boni odores, vbi mella suauia, vbi fructus diuersi, vbi epulę varię.] nam cella, a qua, cellarium; est nomen generis, significans quemcumque locum in quo aliquid seruatur, aut conditur: quod si vinum condatur, cella vinaria dicetur: si olea, olearia: si unguentum, vnguentaria. Var. libr. 1. de re rustica cap. 3. Laudatur villa, si habeat cellam vinariam, & oleariam ad modum agri aptam.] Cubicula etiam in balneis, in quibus se recludebant qui se lauabant, cellæ nominabantur. Plin. libr. 5. epist. 6. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissimè presto est; caldariæ magis: in hac tres discessiones, duæ in sole, tertia a sole longius.] In altercatione Hadriani Aug. cum Epicteto. H. quid est homo? balneo similis. prima cella tepidaria, vnctuaria, infans natus perungitur. Secunda cella sudatoria, pueritia est. Tertia cella assa perferentaria, iuuentus.] Erant etiam cellæ seruorum, in quibus seorsum a dominis degebant serui. Valer. Maxim. libr. 7. cap. 6. Eadem cellis seruilibus extracta corpora, velut præcipuum firmamentum exercitui suo adiiecit.] Var. lib. 1. de re rustica cap. 13. Villici cellam prope ianuam esse oportet.] Semper autem alicuius secretioris loci significationem refert. Ex quo factum est, vt locus, in quo Capitolini tēpli thesaurus, & Cimilia asseruabantur, Iouis capitolini cella sit vocatus. Sueton. in Octau. August. cap. 30. In cellam capitolini Iouis XVI. pondo auri, gemmasque, ac margaritas LLS. vna donatione contulit.] Et S. Hieron. in Esa. cap. 22. ταμίαν, quæstorem, & dispensatorem thesaurorum domus Dei, interpretatur. Itaque rectè ταμιεῖον cellam promam, ac promptuarium, Dei sapientiam, eiusque occulta esse mysteria, interpretatur Matthæus. S. Ambros. ser. 2. in Ps. 118. Introduxit me rex in cubiculum suum: hoc est, in illud secretum suum, in quo sunt thesauri scientiæ, & cogitationis suæ.] Iure enim thesaurus Dei eius appellatur sapientia. *In thesauris*, enim inquit, *sapientiæ intellectus*. Eccl. 1. 26.
Et Sanctus Paulus, *Instructi in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*. Colos. 2
Veluti in promptuario, erant omnes thesauri sapientiæ absconditi in Christo. Non palam, non in aperto, sed veluti in abstrusiori cella, in abdito, in penetrali. *Mirabantur* enim Iudæi, & dicebant, *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit*. Iona. 7. 15.
Et propriè חדר quod hic LXX. verterunt ταμιεῖον, significat, adytum, penetrale: nam qui occulta mysteria sapientiæ Dei percipit, penetrale penetrarat, adyta adit. Sicut S. Paulus *Raptus vsque ad tertium cœlum, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*. 2. Cor. 12.
Hæc autem adyta se adiisse fatetur Salomon, cum incerta, & occulta sibi manifestata fuisse hac tralatione exprimit, *Introduxit me Rex in promptuarium suum*. Quia dedit Deus 3. Reg. 4.

 sapien-

3. Reg. 4. *ſapientiam Salomoni multam nimis: & præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum*. Tunc introduxit me in omnia interiora myſteria: claues mihi dedit, vt aperirem mihi theſauros ſcientiæ. Verum hæc ſapientia, erat in ipſo tamquam in promptuario; & in cella promæ. Nam cum regina Saba veniſset ad eum,
2. Par. 9 *Expoſuit ei Salomon omnia, quæ propoſuerat*. Manifeſtauit itaque ei Deus incerta, & occulta: quia adeò manifeſte, & clare perceperat, vt pro libitu expromere, & exponere illa poſſet, vtpote introductus εἰς τὸ ταμεῖον. In quo velut in carcere captiuam coniecerat mentem. Carcer enim, promptuaria etiam cella appellabatur, e qua vincti depromebantur ad pœnam. Plaut. Amphytr. act. 1. 1. Quid faciam nunc ſi tres viri me in carcerem compegerint: inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum?] Ammiam. Marcel. lib. 19. E promptuaria cella fallaciarum extulit, nocendi ſpecie, egitque complures.] Cum itaque Salomon, in captiuitatem redacto intellectu, in hac abdita, abſtruſaque cella proma, reuinxiſset mentem, velut in tenebricoſo carcere: quia
Hebr. 11 *fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*. nunc in Cantico Canticorum edicit, & ediſserit, quæ ibi altè hauſerat; vbi non ſecus ac in refertiſsima bibliotheca, arcana didicerat myſteria. Quandoquidem & Bibliotheca, cella proma vocatur. Apul. in Apologia, Librorum promum appellat eum, qui libris promendis præeſt, Bibliothecarium nempe. Ita Salomon ex diuinæ ſapientiæ cella, tres deprompſit libros, Prouerbia, Eccleſiaſtem, & Canticum Canticorum. Et incerta, occultaque è ſapientię diuinę ſcriniis depromens, nobis tamquam ex promptuario quodam, expoſuit. Theodoſ. Auguſtin. Auſonio. De promptuario ſcriniorum tuorum libens impertiare.] Symmach. lib. 3. epiſt. 74. In hoc te mei amore progreſsum, vt mihi falſis laudibus blandiaris, cum ais aliquid ex noſtri oris deſiderare promptuario.] Hoc autem Dei promptuarium; ſibi apertum exoptabat ſponſa; dicens, *Oſculetur me oſculo oris ſui*. XXII. Pag. 5. εὐθύτης.] S. Auguſt. lib. 17. de ciuit. cap. 20. Aequitas. S. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 2. Aequitas dilexit te, hoc eſt, non flexuoſa itinera te ſequuntur, ſed ſolus ad te poteſt iuſtitiæ trames peruenire.] quia
Pſ. 10. 7. *Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit; æquitatem vidit vultus eius*. Et qui eum diligunt, iuſtos eſse neceſse eſt. Id enim ſignificat, *Rectitudo dilexit te*. S. Athanaſ. in Pſalm. 44. in Cat. Rectitudo in diuinis litteris, iuſtitiam ſignificat. Hanc ob cauſam Dei filius factus eſt homo, vt in ſe hominis naturam corrigeret, vt iuſtitiam diligerent, iniquitatem odio haberent.] Cum itaque incarnationem Dei Verbi exoptaret ſponſa, vt præuidit futuram, tamquam iam factam ſubdit. *Rectitudo dilexit te*. quia nimirum iam tu carnem aſsumpſiſti: quo tempore praua, directa futura Eſaias prædixerat: Rectitudo, hoc Eſ. 40.
eſt, ij, qui recto ſunt corde, diligunt Deum. qui nimirum non declinant, neque ad dexteram, neq. ad ſiniſtram: neque proſperitate, vel anguſtia abducuntur, ſed rectà ſemper incedunt. Rectos autem corde, Euſebius in Pſalm. 9. animo purgatos, ac puros, exponit: quos uerſ. 3. appellauerat adoleſcentulas, ponè ſponſum currentes, Adoleſcentulæ dilexerunt te. S. Baſil. in Pſal. 32. qui ponè Deum ambulat, rectas facit ſemitas, & rectos pedum ſuorum curſus: Rectus enim Dominus Pſ. 91.
Deus noſter.] qui enim ueſtigia terit Chriſti, qui uia eſt, & ueritas, utiq. rectà contendet ad perfectionem: nec enim alia magis cōpendioſa ad eam uia, quam Chriſti imitatio. Notandum tamen, dixiſse ſponſam, *Rectitudo dilexit te*. Cum uerò promptuarium fuiſset ingreſsa dixiſse. exultabimus, lætabimur, diligemus in futuro; quia Dei cognitio, & contemplatio uia eſt ad eum diligendum. At qui rectus eſt, qui Chriſtum ſequitur, & imitatur iam diligit; quia dilectionis actus, effectuſque eſt, eum imitari, rectoque eſse corde.

℣. 4. Nigra sum, &c.

XXIII. Pag. 5. Δέῤῥις.] ita A. B. in numero singulari, Pellis. Ita etiam S. Amb. lib. 2. de Apolog. Dauid cap. 8. Fusca sum, & decora, vt tabernaculum Cedar, vt pellis Salomonis,] Fortasse significans, diceret, qui cum Origene sentiret se non esse atram sicut omnes pelles Salomonis, sed sicut pellem illam dumtaxat, quæ tabernaculum operiebat. Vt in ipsa nigredine, dignitas, & pulchritudo etiam signetur, quia pulchrum, decorumque erat, operculum esse tabernaculi Dei: magisque sibi, quam tabernaculo ornamentum, tabernaculi fore integumentum, vtpote Deo inseruiens. LXX. tamen Vatabl. legunt, Δέῤῥεις pelles, in numero multitudinis. Quas autem pelles intelligat hic sponsa, non est facile reperire. Origen. hom. 2. ex quatuor. Pellibus Salomonis comparatis me, quæ non aliæ sunt, quam pelles tabernaculi Dei.] ac paulo post. Nomen pellium in tabernaculo testimonij inuenimus frequenter referri. sicut cum dicitur. *Et facies pelles ex caprarum pilis, operimentum super tabernaculum testimonij, vndecim pelles facies. &c.* Puto ergo quod harum pellium mentio fiat in Cantico Canticorum, & istæ dicantur esse Salomonis.] Verum exposuisset, velim, quanam ratione pelles illæ, quæ tabernaculum operiebant, dictę sint Salomonis: cum nec Salomon ipse eas confecerit, nec tempore eius Tabernaculo impositæ. tum etiam, quia ipse Origenes coniunctim explicat similitudines vtrasque allatas, vt ambæ nigredinem sponsæ referant. hom. 2. ex quatuor. Huius tabernaculi accipiendæ sunt pelles, quasi quod & ipsæ nigræ sint quidem, vtpote caprarum pilis textæ.] Et in principio hom. 2. Sed & pelles Salomonis nigræ sunt: nec tamen ob hoc tanto Regi in omni gloria sua, pellium visa est indecora nigredo.] Pelles autem illæ, quæ tabernaculum integebant, non erant nigræ. liquet ex libr. Exodi. *Facies operimentum de pellibus arietum rubricatis. & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus.* Tum denique quia tempore Salomonis, ædificato iam templo, collocata fuit Arca in Sancta Sanctorum, sine vllo pellium operimento, vt optime Abulens. in 3. Reg. capit. 8. quest. 4. Non ergo tunc cum Canticum Canticorum composuit, pelles erant in tabernaculo. quæ ergo hæ pelles? Theodoretus asserit, vestes esse Salomonis. Ita facta sum formosa, quales Salomonis sunt pelles, qualia nimirum sunt Salomonis vestimenta, de quibus Dominus ait: neque Salomon in omni gloria sua, vestiebatur sicut vnus ex his.] Nyssenus ait esse tabernaculum regium Salomonis hom. 2. in Cantic. Pelles enim Salomonis ex parte nominauit totum ambitum regij tabernaculi.] Rectius meo iudicio dixerat Origen. hom. 2. ex quatuor. De pellibus Salomonis, scriptum aliquid proprium non memini.] quia re vera, de eis in sacris litteris nulla videtur mentio. Matthæus Δέῤῥεις exponit καταπετάσματα. in LXX Δέῤῥεις δὲ, τὸ καταπέτασμα προσαγορεύεται. Sed ex nodo nodus, quæ nam hæc καταπετάσματα Salomonis? Ioseph. hebr. libr. 8. antiq. cap. 2. Sigismundo Gelenio interprete, de regia Salomonis. Aliæ aulæ, quò se negotiis peractis animi causa conferebant, omnes cedrinis tabulis constratæ, & tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur.] Verùm in græc. imp. nulla mentio est Aulæorum Babylonicorum: καὶ τὸ μὲν ἀπὸ αὐτῆς κάλλος ἐπὶ τοῖς τοίχοις ἦν ἐνυφασμένον. Fortasse in codice Sigismundi erat. nam interpretatio latina Ruffini aliquid simile habet. Vt ex ms. nostræ bibliothecæ S. Andreæ de Vrbe, ante centum quinquaginta annos descripto, constat: habet enim. Huic erat iuncta alia quoque Reginæ basilica, & reliqua habitacula, & sedilia, vbi causis explicatis, residebat: strata omnia tabulis cedrinis. Et alia quidem ædificauit ex marmoribus decem cubitorum. Alia vero tabulis vestita sectilibus, & pretiosissimis exornauit, secundum decus templorum, & miraculorum habitationum regalium: quorum pulchritudo, tribus ordinibus opere inte-

Exod. 36.

Exod. 26. 14.

Matt. 6.

intexta Assyrio.] Nisi, tum Ruffinus, tum Sigismundus, voluerint potius exponere, quàm interpretari, verbum συμφασμένοις quod propriè significat filorum, liciorumq; texturam. & ὕφος apud eundem Ioseph. velum est intextum: Opere assyrio intexta. Plin. lib. 8. c. 48. de Aulęis: Acu facere id Phryges inuenerunt, ideoq. phrygiones appellati sunt. Aurum intexere in eadem Asia, inuenit Attalus Rex: Vnde nomen Attalicis. Colores diuersos picturæ intexere, maxime Babylon celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.] Babylon, idem ac Assyria. Theodoret. in Daniel. cap. 2. Herodot. libr. 1. Ac proinde, cum opere Assyrio dixit Ruffinus, perinde fuit ac, opere Babylonico intexta, & picturata. Plaut. in Stich. act. 4. Quis nam obsecro tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia aduexit.] Martial. libr. 8. epist. 29. Non ego pretulerim Babylonica picta superbè Texta Semiramia, quæ variantur acu.] Vtcumque sit, Matthæum per καταπετάσματα intellexisse censeo Aulæa, seu tentoria, vel aulas aulæis, siue velis picturatis intextis, exornatas. Nam dixit, ἐν ἐμοὶ ὁ εἰρηνικὸς ἀναπαύεται βασιλεὺς, ὡς ἐν σκηνώμασιν ἡγεμὼν καὶ ἐν καταπετάσμασι Σολομών. ἀναπαύεσθαι autem, in cubili, vel tentorio requiescere significat, idq. comparare etiam ad τὰ σκηνώματα. Nec id alienum a voce δέῤῥεις, nam etiam dicitur de aulæis. Esai. 54. 2. τὰς δέῤῥεις τῶν αὐλαίων σου πῆξον. Pelles aulæorum tuorum fige. Vulgat. *Pelles tabernaculorum tuorum extende.* Immo & vox hebræa ירי Ieriang, quam hic LXX. reddiderunt δέῤῥεις, Exo. 6. & 36. Pluries ab eis interpretata est αὐλαία: quin immo & ibidem eadem modo appellantur δέῤῥεις pelles, modo appellantur αὐλαία aulęa. Exornabātur autem olim hisce aulęis parietes. Tertull. libr. de habitu mulierum cap. 8. sed parietes Tyriis, & Hyacinthinis, & illis regiis velis, quę vos operosè resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur.] Statius libr. 6. --- Pendentia linquit Vela

Esa 54.

domus, & adhuc virides in limine ramos.]. Sed præsertim ad ostia pendebant. Plutarch. de Artaxerxe. αὐτὸς δὲ τὸ θαλάμιον ὀπίσθεν τῆς κλίνης τοῖχον ἐκκόψας, καὶ θύρας. κατεκάλυψεν αὐλαίᾳ τὰς θύρας. Ipse parietem post lectum suum effodit, ostiumque in eo effecit, idque aulęo occultat.] mox. Ταχὺ τὴν αὐλαίαν ἀναλαβὼν ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ἐντὸς οἴκημα, καὶ τὰς θύρας ἐπιῤῥάξας κράζων. Celerrime sumto aulęo, per ostium in conclaue interius se proripuit: ostioque obiecto, clamorem sustulit.] Corrip. Afric. libr. 7. Verùm vt contracto patuerunt intima velo Ostia, & aurati micuerunt atria tecti.] Sidon. Appoll. libri 1. ep. 2. de Theodorici Regis aula. Sicque turba pro foribus immurmurat, exclusa velis, conclusa cancellis.] Et ita etiam in tabernaculo Dei, Exod. 38. 15. καὶ τῇ πύλῃ τῆς αὐλῆς, αὐλαῖαι πέντε καὶ δέκα πήχεων. Ad portā atrii aulęa quindecim cubitorū.] & v. 18. καὶ τὸ καταπέτασμα τῆς πύλης τῆς αὐλῆς. Et velum ostii aulæ.] quo exteri Reges diuinitatis æmuli, in suis aulis, vt & pleraque alia traxerunt: quocirca cum Rex aliquem esset salutaturus, summouebatur velum. Ael. Lamprid. in Seuero. Salutaretur quasi vnus de Senatoribus patente velo, admissionalibus remotis, aut solis iis, qui ministri ad fores fuerant, cum antea salutare principem non liceret: quod eos videre non poterat, oppanso iam velo. Sed interdum Aulæum significat tentorium ipsum, tabernaculum, aulam aulæis ornatam, vel constructam, & compactam, in qua Reges considere solebant. Hyperides in Patroclo apud Iul. Pollucem libr. 4. onomast. cap. 19. οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ, πεφραξάμενοι τι μέρος τῆς αὐλαίας. Nouem principes conuiuabantur in stoa, circumsepti alterutra parte aulæis.] Lucifer. Calar. ad Constantium imperatorem. In tuo palatio, intra velum licet stans, tulisti responsum à me, ad conseruandam salutem.] Clare rem aperit, & explicat Athæneus libr. 5. deipnos. agens de magnifico Philopatris apparatu. ὑπὸ ῥίζαις δ' ἱκανῶς καὶ ἄλλο συμποσιακὸν ἦν, ἐπὶ τῷ τοῦ μεγ-

γίστου

γίστου οἴκου στέγη κείμενον, σκηνῆς ἔχον τάξιν, ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν· διατεταμένα δὲ τεζωσμένα, διὰ ποσοῦ τινὸς ἐντέτακτο διαστήματος. ἐφ' ὧν αὐλαῖαι, κατὰ τὸ ἀνάπλων ἁλουργεῖς ἐνεπεπέταννυντο. Fuit & alia cœnatio, per quam amœna ſuper maximæ domus tecto poſita. ordinem, ac forma tentorij. non illa quidem proximè tecto incumbens, verùm interuallo quodam ſeiuncta, & arcuato flexu diſtincta. Aulæa in ea expandebantur purpurea, quæ velorum inſtar, ſecundi venti flatum exciperent.] quippe quæ tenuiſsimo erant intexta ſtamine. Adeo vt admotis ad ea aures, facillimè quæ dicerentur in aulam, exciperentur. Amm. Marcell. lib. 14. de Conſtantio. Cuius imperio trucis tum à ſtimulis Reginæ, exertantis aurem ſubinde per aulæum.] Curt. lib. 8. Nec quidquam eorum, quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat: quum poſt aulæum, qua lectos obduxerat, ſtaret.] Σκηνῆς ἔχον τάξιν: quia in eis non ſecus ac in tentorijs Regis, commorabantur. Seruius in illud Virgil. lib. 1. Aeneid. Aulæis ſe iam Regina ſuperbis. Aulæis, inquit, velis pictis. quæ ideo aulæa dicta ſunt, quod primùm in aula Attali Regis Aſię, qui populum Romanum ſcripſit hęredem, inuentæ ſunt. Ideo etiam in domibus tendebantur Aulæa, vt imitatio tentoriorum fieret, ſub quibus bellantes ſemper habitauere maiores. Vnde & in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus. Varro tamen dicit: Vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum puluerem, quia vſus cameræ ignorabatur. Vnde Horatius: Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas, In patinam fecere, trahentia pulueris atri.] Qui verſus ſunt ex ſat. 8. lib. 2. ſermon. vbi vetus interpres. Aulæa, Cortinę, Vela. Apud veteres tenſis aulæis exercebātur conuiuia. Vnde permanſit conſuetudo militibus, vt tentoria habeant. ſub cameris autem tendebantur, vt ſi quid pulueris caderet, ab ipſis exciperetur.] Heſychius, Αὐλαία, ἐν αὐλῇ διατρίβουσα, τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Aulæa, aula in qua quis commoratur, vel tabernaculi velum.] Et in hac vtraque ſignificatione repertio in ſacris litteris acceptum nomen αὐλαίων. Exod. πᾶσαι αἱ αὐλαῖαι τῆς σκηνῆς. Vulg. *Cuncta atrij tentoria.*] Exod. 38. 16.
De velo autem tabernaculi: Exod. Exod. 40. 19.
καὶ ἐξέτεινε τὰς αὐλαίας ἐπὶ τὴν σκηνήν. Et extendit aulęa ſuper tabernaculum.] Itaque Matthęus, Pellem Salomonis, tentoriũ, tabernaculum, ſiue Aulam Salomonis eſse, intellexit. Hebręos ſequutus, qui אהל *Hobel* tabernaculum, tentorium, aulęum, pellem, domum vno eodemque nomine vocant. Tabernaculum, in toto ferè Pentateucho Moyſis fermè ſemper: Pellem, Exo. Exod. 36. 18.
לחבר את האהל לחית אחד Ad coniungendum tabernaculum in vnum. Lxx. Συνῆψε τοὺς τὰς δέρρας, ἐγένετο ἕν. Coniunxit pelles, & fecit vnum.] Aulęum, Exod. ויפרש Exod. 40.19.
את-האהל Et expandit tabernaculum. Lxx. καὶ ἐξέτεινε τὰς αὐλαίας. Et extendit aulęa.] Domum, Numer. Num. 9. 15.
לאהל העדת Lxx. τὸν οἶκον τοῦ μαρτυρίου. Domum teſtimonij.] Et Leuitic. Leu. 14. 8.
וישב מחוץ לאהלו Et manebit extra tabernaculum ſuum. Lxx. καὶ διατρίψει ἔξω τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Et deget extra domum ſuam.] Aulęum autem eſse tabernaculum, luce clarius ex Exodo liquet. Lxx. καὶ ἐποίησε κρίκους πεντήκοντα χρυσοῦς· καὶ συνῆψε τὰς αὐλαίας ἑτέραν τῇ ἑτέρᾳ τοῖς κρίκοις, καὶ ἐγένετο ἡ σκηνή. Et fecit fibulas quinquaginta aureas, & coniunxit aulęa, alterum alteri, fibulis, & factum eſt tabernaculum vnum.] Et quod Lxx. dixerunt τὰς αὐλαίας, in hebręo eſt היריעת *Haieringboth*, eadem ipſa vox, quę hic in Cantico Canticorũ reddita eſt ab eiſdem Lxx. δέρρεις pelles. Vt ex hoc vno loco liquidò conſtet, non aliud eos per *δέρρεις pelles Salomonis*, ſignificare voluiſse, quàm aulęa, quę & tabernaculum, ſiue tentorium, vel regiam aulam ſignificant, non abſimili forma ab aula, in qua erat Dei tabernaculum. Idque firmatur magis ex Chryſoſtom. in c. 4. Ierem. in catena veterũ Patrum, ab eruditiſsimo noſtro Ghiſlerio, ad ſuum commentarium in Ieremiam, attexta. *Vaſtatum eſt tabernaculum, dilacerata ſunt pelles meæ.* Ierem. 4 20.
Χρυσοστόμου. διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις μου. παρὰ τῶν λοιπῶν φησί· ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἐκ

μετα-

μεταφορᾶς τῶν ἐν ταῖς στρατοπαιδείαις σκηνοποιουμένων βασιλέων, καὶ τῶν λοιπῶν. τινὲς δὲ, σκηνὴν μὲν ἔφασαν τὰ βασίλεια· δέῤῥεις δὲ τὰς λοιπὰς οἰκίας πόλεως. Chrysostomi: *Discissæ sunt pelles meæ*. de reliquis vrbibus hæc profert, tralatione quidem deducta à Regibus, ceterisque alijs, qui in castramerationibus, tentoria figunt. Quidam verò Tentorium, regiam exposuerunt. Pelles, ceteras domos ciuitatis.] Eusebius verò ibidem, & S. Hieron. in Ier. vnam, eandemque rem σκηνὴν καὶ δέῤῥεις, interpretātur esse. atq. adeo, nil aliud quàm domum Regis, regiamq. significare volunt, quę pellib⁹, aulæis nimirū, exornabatur, & construebatur. Herodotus lib. 9. de tabernaculo Mardonij, fuisse tradit παραπετάσμασι ποικίλοισι κατεσκευασμένην. Velis acu pictis efformatum.] Et fortasse è Dei tabernaculo formam regiæ aulæ, Reges diuinitatem affectātes, sumpserunt. Arist. lib. de mundo regiam Darij describens, Apuleio interprete. Alter apud Susam, & Ecbatanas, vt in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam oris sui panderet. Sed circūseptus admirabili regia.] Subditq. Arist. ὡς αὐ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς δεσπότης καὶ θεὸς ὀνομαζόμενος. adeo vt Rex ille, Dominus, & Deus nominaretur.

XXIV. Pag. 5. v. 4. lin. 9. Cedar.] Sed qui fieri potest, vt Cedar Aethiopem significet, cum Aethiopia sit in Africa, Cedar in Asia, in prouincia Arabiæ? Vt ex Genesi liquet. *Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Aegyptia famula Saræ; & hæc nomina filiorū eius in vocabulis, & generationibus suis. Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, deinde Cedar, & Adbebel, & Mabsam, Masma quoque & Duma, &c. Isti sunt filij Ismael, & hæc nomina per castella, & oppida eorum*. quia nimirum, ex eorum nominibus nomina oppidis, castellisque indita fuerunt. à Cedar autem secundo genito, appellata est regio Cedar in Arabia. S. Hieron. qq. hebr. in Genes. Duodecim filij nascuntur Ismaeli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth. à quo omnis regio ab Euphrate vsque ad mare rubrum, Nabathęna vsque hodie dicitur, quæ pars Arabiæ est. Nam & familiæ eorum, oppidaque, & pagi, ac munita castella, & tribus eorum hac appellatione celebrantur, ab vnoquoque ex his. Cedar in deserto, & Duma alia regio.] vtique in Arabia etiam. Theodoret. in cat. gręc. Ier. 49. 26. ἡ Κηδὰρ Σαρακηνῶν· ἦν δὲ Κηδὰρ υἱὸς Ἰσμαὴλ υἱοῦ Ἀβραάμ. Cedar regio est Saracenorum. Erat autem Cedar filius Ismaelis filij Abrahæ.] S. Hier. in Esai. cap. 60. Cedar regio Saracenorum, qui in scriptura vocantur Ismaelitæ.] Et in Esaia cap. 42. Cedar, quæ quondam inhabitabilis fuit regio trans Arabiam Saracenorum.] Verùm, esse in Arabiæ regione, constat abunde ex Esaia. *Onus in Arabia*. hoc est, minax vaticinium contra Arabes, qui in Arabia morantur. Ac subdit, vaticinium. *Hæc dicit Dominus. Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur*. Plin. lib. 5. hist. cap. 11. His Arabes iunguntur, ab Oriente Canchlei, a Meridie Cedrei: qui deinde ambo, Nabathæis.] Fortasse legendum Cedarei, vel Cedareni. Nam Canchlei, & Cedareni Nabathęis iunguntur. Si ergo Cedar in Arabia est, quomodo Cedareni sunt Aethiopes? Primò dicimus, Arabiam etiam appellatam Aethiopiam. S. Hieron. in cap. 60. Esai. Madian, & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles camelorum, omnisque prouincia appellatur Saba, vnde fuit & Saba Regina, quæ venit audire sapientiam Salomonis.] Ipse verò met sanctus Hieronymus hanc Reginam ex Aethiopia venisse tradit, in cap. 3. Sophoniæ. Vltra flumina Aethiopię, vnde venit Regina Saba audire sapientiam Salomonis.] Ommissa celebri illa quæstione, è qua Saba fuerit. Cum quattuor sint ferme Sabæorum populi, à quattuor viris Saba nominatis. quorum vnus fuit filius Chus, & pronepos Noe: alter filius Regma nepos Chus: tertius filius Iectan, & Nepos Heber. Duo priores ex progenie Cham. Tertius hic ex stirpe Sem. Gen. cap. 10. Quartus etiam

Saba

Genes. 25. 12.

Esai. 21 13.

Saba appellatus est, filius Iecsan, & nepos Abrahæ, quem ex Cethura genuit. Gen. 25. Hos autem Sabæos populos quidã incolas faciunt Sabæ in Aethiopia Lybica, quidam Sabæ in Arabia, quidam Sabæ in India. Duæ enim præcipuę sunt sententiæ, quarum vnaquęque suos primarios duces, eosque eruditos, & classicos profert, suis innixæ rationibus, quò Reginæ illi Sabæ suam tribuant regionem. Vna, Sabęam facit Africanam, alteram Asianam. vt videre est presertim in Pineda de rebus Salom. lib. 5. cap. 14. Tamen vtcumque sit, mihi satis est ex Arabia eam Reginam fuisse S. Hie. aliisq. attestãtibus. & ex Aethiopia, vt Arabes appellari Aethiopas probem. Cyril. etiam Alex. lib. 5. in cap. 60. Esa. Saba regio est vltra terram Arabum, & prope mare rubrum, ex qua Saba Regina Aethiopum temporibus Salomonis accessit Hierusalem.] Theodoret. q. 22. in lib. Num. Saba gens est Aethiopica. Euangelista enim ait, Regina Aethiopum surget, & condemnabit generationem istam. Regnorum autem historia nuncupauit eam Reginam Saba. Porro Saba, gens Homoeritarum appellatur, quibus vicini sunt Madianitæ.] At Madianitas S. Hier. ponit in Arabia. Plinius item lib. 6. cap. 28. Homoeritas in Arabia cõstituit. Procopius item Gazeus in 3. Reg. Regina Saba.] Gens est Aethiopica. sitam esse aiunt ad mare Indicum. Vocant autem Homoeritas, sunt ex aduerso Auxomitarum.] Cum itaque hi fateantur Reginam illam Sabæam ex Arabia fuisse, & eam Aethiopissam fatentur, vtique Arabiam Aethiopiam appellari constat. Quocirca noster Agellius in cap. 3. Abacuc. Aethiopiam sacræ litteræ nonnumquam illam quoque Arabię partem quæ Aethiopibus est affinis, appellant.] De quibus in 2. Paralip. *Suscitauit Dominus spiritum Arabia, qui sunt confines Aethiopia.* Herodot. item in Θάλια. πρὸς δ' ἐν μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρέων ἐστί. Post Indos ad meridiem, vltima e regionibus, quæ habitatur, Arabia est.] Ac paulo post. ἀποκλινομένης δὲ μεσαμβρίης, παρήκει πρὸς δύνοντα ἥλιον, ἡ Αἰθιοπίη χώρη. Porrò Arabiæ, ex qua parte Meridies ad solem occidentem vergit, contermina est Aethiopia.] Vtq. res ista magis constet, illud notandum est: duplicem reperiri Aethiopiam in sacris litteris, meridionalem vnam, quæ etiam Occidentalis dicitur habita ratione alterius Aethiopiæ, cuius, Meroe est metropolis ad Nilum fluuium. quæ olim, inquit Ioseph. lib. 2. antiquit. cap. 5. Saba dicebatur, sed a Cambyse Rege Persarum, de sororis suę nomine, Meroe fuit appellata. Et hæc magno terrarum spatio distat a Cedar: & contermina est Aegypto, quæ Aethiopiã dorso contingit, inquit Pomp. Mela libr. 1. cap. 9. Orientalem alteram, in Arabia, Arabico sinu ex vna parte, Persico mari ex altera clausam. Hanc autem geminam Aethiopiam, ne dum sacris, sed etiam exteris scriptoribus notam, in confesso est. Hom. odys. α. Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. Extremos hominum Aethiopas, geminisque diremptos Partibus.] Quam Homeri sententiam amplectitur Plin. lib. 5. histor. cap. 8. Verissima opinione eorum, qui desertis Africę duas Aethiopias superponunt, & ante omnes Homeri; qui bipertitos tradit Aethiopas, ad Orientem, Occasumque versos.] Verùm an ambo in Africæ desertis, non satis constat, nec satis probabile, immo nec probatum. Nam Strabo, qui lib. 1. Geogr. Homerum ab Aristarchi dicteriis vindicat, latèque probat geminos esse Aethiopas, dicens, οἱ μὲν πρὸς ἀνατολάς, οἱ δὲ πρὸς δύσιν. Quorum alij versus Ortum, alii versus Occasum sunt.] Illos quidem in Lybia, seu Africa, hos autem in Asia dissertis verbis collocat. Vnum solùm disputat, tamquam nec tunc certum; num Homerus distinxerit vtramque Aethiopiam flumine Nilo, an sinu Arabico, quæ vltima sententia ei arridet magis, & ait. παραπλήσιον δὲ ὥσπερ ἂν εἰ λέγω, καὶ περὶ τῶν δίχα διῃρημένων Αἰθιόπων· ὅτι δεῖ δέχεσθαι τούς, παρ' ὅλην τὴν Ὠκεανῖτιν διατείνοντας ἀφ' ἡλίου ἀνιόντας μέχρι ἡλίου δυομένου· οἱ γὰρ οὕτω λεγόμενοι Αἰθίοπες, δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ. Simile est, quod de Aethiopibus dixi, esse intelligendos scilicet

Matt. 12.
3. Reg. 10.

cet

cet, quam accolunt, per totam oram Oceani, a solis ortu vsque ad eius occasum. Nam sic dicti Aethiopes, natura sunt a se inuicem diuulsi Arabico sinu.] Ex qua gemina nuncupatione factum est, vt Aethiopiæ nomen modo hanc, modo illam significet Aethiopiam. De meridionali, seu occidentali in Africa: Dan. 11. 41. Dan. cum de Anthiocho Epiphane, *Per Lybiam quoque, & Aethiopiam transibit.* De Orientali in Arabia, de qua, res Num. 12. 1. est magis dubia. Num. *Loquutaque est Maria ad Aaron contra Moysen, propter vxorem eius Aethiopissam.* At vxor Moysis fuit Sephora Madianitis: Exod. 2 Exod. *Erant autem Sacerdoti Madian septem filiæ. Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo, & accepit Sephoram filiam eius vxorem.* Madian verò in Asia est. S. Hieron. in Esaiam cap. 60. Madian, & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles camelorum, omnisque prouincia appellatur Saba.] Et in cap. 25. Ezech. Nulli dubium est Madianites, & totam eremi vastitatem adiacere terræ Arabiæ: qui habent camelorum greges, ouiumque, & caprarum multitudines.] Et ita quæstioni illi respondet Theodoretus quæst. 22. in Numer. Quænam sit Aethiopissa, quam accepit Moyses, dicens: Sephoram appellauit Aethiopissam: Siquidem Saba gens est Aethiopica. Porro Saba gens Homeritarum appellatur, quibus vicini sunt Madianitæ.] Quam sententiam noster approbat Agel. in cap. 3. Abac. illi optimè, qui Aethiopissam censent ideo appellari, quia ex Arabia erat vicina Aethiopibus.] Ac eadem Abacuc 3. 7. ratione Abacuch in sua oratione. *Vidi tentoria Aethiopia, turbabuntur pelles terræ Madian.* Vbi tentoria Aethiopiæ appellat pelles Madian. S. Hier. ibi. Eosdem intellige tabernacula Aethiopum, & tabernacula Madian.] Sed ne longius in re hac lubrica vagemur. Optimè dicit Matthæus Cedar significare apud Hebræos Aethiopas, nam S. Hieron. in cap. 25. Ezec. ait, Per Madianeos, Ismaelitas, & Agarenos, qui nunc Saraceni appellantur, assumentes sibi falsò nomen Saræ: quod scilicet de ingenua, ac domina videantur esse generati; scriptura significat.] At Madianitæ, vt iam probatum est, appellantur Aethiopes. Iure itaque Cedar Ismaelitarum, & Saracenorum regio Aethiopiã significat. Suffragatur Orig. ho. 1. in Cant. dicens, Nigra sum vt tabernacula Cedar, vt Aethiopes.] Accedit etiam sententia R. Dauid in lib. Radicum, dicentis Madianitas, Ismaelitas, & Aethiopas, easdem esse gentes. Ismaelitas autem, & Madianitas easdem esse colligitur etiam ex Gen. *Et prætereuntibus Madianitis negociatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis.* quos enim Madianitas primũ vocauerat, eosdem Ismaelitas postea appellat. Et etiam in bello Gedeonis contra Madianitas, Madianitę appellantur Ismaelitę. *Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant.* Cum itaque Ismaelitę, qui & Cedareni, appellentur Madianitę, qui & Aethiopes etiam dicuntur, liquidò constat, Cedarenos Aethiopas etiam appellari. Demum Matthæus ait Cedar apud Hebræos significare Aethiopum ducem: Et rectè, nam Cedar est a radice קדר nigrum, atrum fieri. Hebræi etiam vas, in quo aliquid coquitur, קדירה *Chedira*, siue *Chedera* appellant, Chaldariam, ob nigredinem, ex admoto igne contractam. Hinc Cedareni corporis, ob solis, a quo torrentur, æstum, fusci, קדר dicti, ab atrò, fuscoque colore. Agellius noster in cap. 3. Abacuc. Cum in tabernaculis habitarent Madianitæ, solis æstu torrebantur: Ex quo subfuscum colorem similiter atque Aethiopes contrahebant. Vnde subnigram mulierem, quòd ad colorem Aethiopum accederet, Aethiopissam scriptura dixit.] Aethiopes autem ab Hebræis appellantur Chusitæ. S. Hieron. qq. in Gen. Chus vsque hodie ab Hebræis Aethiopia nuncupatur.] Ioseph. libr. 1. antiquit. cap. 7. Αἰθίοπες ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντων Χουσαῖοι καλοῦνται. Aethiopes nunc quoque tam a se ipsis, quam ab Asianis omnibus Chusei nominantur.] A Chus, filio Cham, nepote Noe, &c. Chus autem apud Hebræos nigrum significat. Hinc

Gen. 37

Iud. 8. 24.

piscis

piscis dictus Aethiops a nigredine. Agatharch. apud Phot. cap. 54. γίνεται δέ τις ἰχθῦς ὑπερβαλλόντων μέλας, ἀνδρὸς ἔχων μέγεθος, ὃν καλοῦσι Αἰθίοπα. Nascitur autem quidam piscis immodicè niger, ad magnitudinem viri, cui Aethiopis nomen imponunt.] Colorem, colorisq. causam affert Plin. lib. 2. cap. 78. Aethiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni, barba, & capillo vibrato, non est dubium.] Adeo vt, nec nisi nigra nigri ament. Ioan Tzetzes περὶ παίδων ἀγωγῆς in versibus politicis.

Μισεῖ τὸ λευκὸν, ὥσπερ ἴδας, Αἰθίοψ
Μέλαν δὲ κρεῖττον μυρίων λευκῶν ἔχει.
Candorem odit, vt nosti Aethiops,
Album nigro antéponit millies.]

Quia suum cuiq. pulchrum. Verùm nedum apud Hebræos, sed etiam apud Græcos, nomen Aethiops, nigredinem significat. Seruius in 4. Aeneid. Aethiopiæ duæ sunt, vna circa ortum solis, altera circa Occasum in Mauritania. Et dicta Aethiopia, à colore populorum, quos solis vicinitas torret.] Mag. Etymol. Αἰθιοπία παρὰ τὸ Αἰθίοψ. τοῦτο παρὰ τὸ Αἴθω. Aethiopia dicitur ab Aethiope, & Aethiops dicitur ab Aetho, vro.] quasi ab Αἴθω, & ὤψ, vsta, siue vstulata facie. Et pro colore nigro: Mag. Ethymol. Αἰθίοπα οἶνον, τὸν μέλανα. Vinum Aethiopum, vinum nigrum.] Ergo cum Aethiopia à nigredine sit dicta, nigredinemque tum græcè, tum hebraicè, significet: sicut & Cedar in hebræo: meritò Cedar Aethiopem significare potest. Sed esto Cedar Aethiopem significet: qua tamen ratione ἡγέμονα Principem, Ducem Aethiopum significabit, vt asserit Matthæus? Vtique quia Cedar Princeps regio est deserti; Olympiod. in cat. Ier. cap. 49. ver. 28. Κατὰ τῆς Κηδάρ. χώρα δὲ αὕτη τῶν Σαρακηνῶν, ἄρχουσα τῆς ἐρήμου, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν Σαρακηνοί. Contra Cedar. Porro regio hæc est Saracenorum; Princeps deserti, in qua Saraceni habitant.] Chrysost. ibidem. τὴν Κηδὰρ βασίλευσαν τῆς αὐλῆς καλεῖ. καὶ Ιεζεκιὴλ ἰδιάζουσαν τὴν προφητείαν περὶ ταύτης εἶπεν. ἐπειδὴ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὡς εἰκὸς, αὕτη τῶν ἄλλων ἐκράτει φυλῶν. Cedar Reginam Aulæ vocat, & Ezechiel peculiarem de illa prophetiam protulit. quia tunc temporis, vt verisimile est, ceteris ipsa imperabat tribubus.]

XXV. Pag. 5. v. 4. Dux in tentoriis] Non secus enim ac Dux Aethiopum suo in tentorio, in me requiescet. Videtur autē vtramq. similitudinem retulisse non ad nigredinem, sed ad pulchritudinem. licet nigra sim, inquit Ecclesia Christianorum, quia nondum nota, & cognita: in tenebris, & in obscuro degens: tamen pulchra sum sicut tabernaculum ducis Aethiopum. Quod licet tabernaculum, tamen quia Ducis, pulchrum. De Arabis Strab. libr. 16. μοναρχοῦνται δὲ πᾶσαι, καὶ εἰσὶν εὐδαίμονες, κατεσκευασμέναι καλῶς ἱεροῖς τε καὶ βασιλείοις. Vrbes singulæ suo Principi parent, & felices sunt, templaque ac regias summo ornatu excolunt.] Et ideo Aethiopum duci ob pulchritudinē comparat, nā vbi Vulgata Numer. 12. habet *mulierem Aethiopissam*, Thargum שפירתא pulchram vertit. Et ita etiā legit R. Selomoh. Et Dauid Kimchi psal. 7. in titulo, quosdam scribit putare appellatum Saul Chus, quasi pulchrum aspectu.] Et fortasse hoc protulit Salomon in persona vxoris suæ referentis Ecclesiam: vt ipsa Regis vxor dicat, Nigra sum vtpote Aegyptia, verùm formosa sicut tabernacula Regis Aethiopum, & sicut tentorium Salomonis, quod suam pulchritudinem maximam non tam à rebus ipsis, quàm à Rege, qui in eo degit, obtinet. Ita & ego cum nigra sim, tamen quia Salomon Rex ex suo voluntatis beneplacito me in suam duxit vxorem, mecum inhabitare voluit, meque summo amore prosequi; ex quo eius amore summam contraxi pulchritudinem, Regina vtpote effecta, Salomonisque sponsa. Quæ omnia Ecclesiam gentium repræsentant, quæ non ex se, sed à Christo, quem in se recipit, & adorat, suam sortitur pulchritudinem. Aegyptiam vxorem fuisse Salomonis, constat ex libro Regum. *Confirmatum est Regnum in manu Salomonis; & affinitate coniunctus est Pharaoni Regi Aegypti: accepit namque* 3. Reg. 3

filiam eius. Aegyptios verò subnigros, aut fusci coloris, fatetur clarè Ammian. Marcel. lib. 21. Homines Aegyptii plerique subfusculi sunt, & atrati, magisque moestiores.] Philostr. in vita Apol. lib. 6. loquens de conterminis Aegypti, & Aethiopiae. οἱ δὲ τὰ ὅρια τῆς ἠπείρου οἰκοῦντες, ἧττω μέλανες, ἀλλὰ ὁμόφυλοι τὸ χρῶμα. μελαίνονται γὰρ οἱ μὲν, ἧττον Αἰθιόπων· οἱ δὲ, μᾶλλον Αἰγυπτίων. Qui igitur finitimos ei loco montes incolunt, non penitus nigri, sed eiusdem penè coloris ac Aegyptii, nigrescunt enim minus quàm Aethiopes, paulo autem magis quàm Aegyptii.]. Et hoc se colore coloratam asserit sponsa, cum ait *Nigra sum*. heb. שחורה. *Schechora*, subnigra, fusca. vt & legit S. Ambros. lib. de apol. Dauid cap. 10. fusca sum.] Ac ita etiam in quibusdam LXX. codicibus legi, testatur Orig. ho. 2. ex quattuor. hunc itaque potest referre sensum, sum quidem fusca sicut tabernacula Cedar, ducis Aethiopiae, quia filia sum Pharaonis Regis Aegypti, coloremque eius retineo, vt eius filia. Arcur potius sicut tabernacula Cedar, quod verbum Aethiopum ducem significat, & non magis Aegypti? Vtique non absre: quandoquidem Aegyptus etiam Aethiopia appellabatur, atque adeo cum Aethiopum ducem dixit, perinde fuit ac si dixisset, Aegypti ducem. Quinimmo tradit Philostratus lib. 6. de vita Apol. cap. 6. Olim Aegyptum comprehendisse sub se Aethiopiam ipsam. Ait enim, ἦν ποτε χρόνος, ὅτε Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα, γένος Ἰνδικόν· Αἰθιοπία δ' οὔπω ἦν, ἀλλ' ὑπὲρ Μερόην τε, καὶ Καταδούπους ὡρίζετο Αἴγυπτος. Fuit itaque quondam tempus, cùm loca haec Aethiopes incolerent, genus sanè Indicum. Verùm Aethiopia nondum erat, sed ad Meroen, & Catadupas finiebatur Aegyptus.] Licet itaq. fusca sim, vtpote Aegyptia, tamen ex Regis aula, Regisq. coniugio formosa sũ.

XXVI. In tentoriis] ἐν σκηνώμασι. Cedareni namque in tabernaculis vitam ducebant. Theodor. in cap. 49. 28. Ier. *Cedar Reginae Aulae*. αὐλὴν καλεῖ πᾶσαν τὴν τῶν Σαρακηνῶν σύστασιν· ἐπειδὴ νομάδες εἰσὶν ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες. Aulam vocat vniuersam Saracenorum congregationem, quocirca sparsim degunt, in tabernaculis habitantes.] Ita interpres. sed ambigo an rectè, ἐπειδὴ νομάδες εἰσί. Quoniam sparsim degunt.] Potius gregatim, si exponendum esset νομάδες. Puto tamen, nomen esse populorũ in Arabia, de quibus Plin. lib. 6. cap. 28. qui descripto Arabiae situ, subdit. Nomadas, infestatoresque Chaldeorum, Scenitae claudunt, & ipsi vagi. deinde Nabathei] itaque vertendum erit Nomades sunt, in tabernaculis habitantes.] vt & Plin. conceptis verbis tradit lib. 6. cap. 29. Oppidum inter Aegyptum, & Aethiopiam, quod Arabes. deinde Tacampson, &c. Nomadas in tabernaculis viuentes, singuli in suas aulas è pellibus cõfectas.] Ex quo Cedarenorum habitandi more, Scenitae appellati sunt Cedareni. Am. Mar. lib. 22. Ad Scenitas pretenditur Arabes, quos Saracenos nunc appellamus.] Et l. 23. In Asia sitos Albanos, mare rubrum, & Scenitas Arabas, quos Saracenos posteritas appellauit.] Strab. lib. 2. geogr. Arabia felix tota distincta sinu Arabico, & sinu Persico, tum Scenitarum, & Phylarchorũ regio vniuersa.] Aliter ex gr. ἣν Σκηνῖται καὶ φύλαρχοι κατέχουσι. quam vniuersam regionem Scenitae, & Phylarchi inhabitãt] & lib. 16. Post Mesopotamiam à parte meridiana: ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες. Scenitae Arabes incolunt.] Plin. lib. 5. cap. 11. Vltra Pelusiacũ Arabia est, h. e. Catabanum, & Esbonitarum, & Scenitarum Arabum vocatur] Notationem verò nominis, idem lib. 6. c. 28. tradit: Nomadas infestatoresq. Chaldeorum, Scenitae claudunt, & ipsi vagi, sed à tabernaculis cognominati, quę ciliciis metantur, vbi libuit] à tabernaculis etymon eorum ducit, quae gr. σκηναὶ appellãtur, in quibus degũt. Eis n. nulla domus, nec tectum, aut sedes est, sed per incultas Arabiae solitudines iugiter errant. quia autẽ è caprarum pilis tabernacula conficiebant, ideo Plin. ait: ciliciis metantur. Iul. Sol. ca. 36. Hęc Arabia procedit adusq. illam odoriferam, & diuitem terram, quam Catabanes, & Scenitae tenẽt, Arabes nobiliores, monte Casio. Qui Scenitae; causas nominis inde ducunt, quod in tentoriis secedunt, nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria

cilicina

cilicina sunt. Ita nuncupant velamenta è caprarum pilis texta.] Ex qua materia etiam sibi tabernaculum confici præceperat Deus Moysi, quò non absimili tecto à populo suo vteretur. *Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi.* LXX. καὶ ἐποίησε δέῤῥεις τριχίνας σκέπην ἐπὶ τὴν σκηνήν. Et fecit pelles cilicinas ad operiendum tabernaculum.] Verùm plebem, populumque ἐν σκηνώμασι inhabitasse, nil mirum. Sed duces, Principes, Reges, id vtique admiratione dignum. Immò dicam planè, si secus foret, id vtique mirum reuera esset. Quia ducis vita communis esse debet; licet mores singulares, cum ceteris, vt loco, sic virtute anteire debeat; ait enim Plato lib. 3. de rep. ὥσπερ ἐς στρατοπέδῳ μένους, κοινῇ ζῆν. ἀλλὰ μόνοις αὐτοῖς τῶν ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἅπτεσθαι χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, οὐ θέμις· οὐδὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὄροφον ἰέναι. οὐδὲ περιάψασθαι, οὐδὲ πίνειν ἐξ ἀργύρου, ἢ χρυσοῦ: Perinde ac in castris communem vitam agant. Alioqui solis ipsis, ex omnibus, qui sunt in ciuitate aurum tractare, vel argentum, aut sub tecto suo prætendere, vel circumferre appansum, aut in argenteis, aureisue vasculis bibere, nefas est.] Immò præcipit, educandos eos, qui futuri sunt Duces, & Principes ciuitatis, in tabernaculis: eosque habere, οἰκήσεις στρατιωτικάς γε, οὐ χρηματιστικάς. Militares, non opulentas habitationes.] In pauperrimis tentorijs vitam ducere eos oportet, quò assuescant humanis non indigere opibus. Idque exemplo suo nos docuit Dominus, qui tabernaculum sibi erigi voluit, non deauratis laquearibus, vel auro tectum, sed cilicinis pellibus opertum. Ob id Dauid cernens, se splendidiori sub tecto esse rubore suffusus, dicebat. *Ecce ego habito in domo cedrina: Arca autem fœderis Domini sub pellibus est.* Ducis exemplum virtutem commendat, ingerit, inserit, facem affectibus subdit. Quocirca exemplo Ioab ducis sui extimulatus Vrias, dicebat. *Arca Dei, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent: Et ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.* Per salutem vtique, & ad salutem animæ Dauid non est regi obsequutus Vrias: alioqui, peccatum vt occultum, non fuisset Regis pœnitentia deletum. Pulchram itaque se fatetur sponsa sicut tabernacula Cedar, Ducis nimirum Aethiopum: quia pulchritudinem nihili faciebat, non secus ac Aethiopum quoddam tabernaculum foret, & pulchra vt ceteræ mulieres esset. Singularem suam non æstimabat pulchritudinem. Formosa, & nigra, quia tanti pendebat se formosam esse, quãti nigram: & nigram ac formosam. Quare in hebræo & apud LXX. non est aduersatiua, *sed*. habetur enim in vtroq. textu, Nigra sum, & formosa. Et ita etiã legit Orig. ho. 1. in Cãt. interpr. S. Hier. Ideo ait sicut tabernacula Cedar. quia Tabernaculũ dotis nomine a sponsa dabatur viro apud Cedarenos. Amm. Marcel. lib. 14. Errant semper per spatia longa, lateq. distenta, sine lare, sine sedibus fixis. Nec idem perferunt diutius cęlum, aut tractum vnius soli illis vnquam placet. Vita est illis semper in fuga. Dotis nomine futura coniux hastam, & tabernaculum offert marito.] Hastam, quò sponsam defendat & tueatur. Tabernaculum, quò cogitet pulchritudinem illam vxoris, non esse aliud quàm pelles perbellè ad instar tabernaculi in humano corpore distentas, vt Iob fatebatur. *Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & neruis compegisti me.* Neruis, ceu funiculis, pellis innectitur ossibus, quæ perinde ac fulcra, & stipites quibus tabernaculi pelles illigantur, extentam cutis pellem, sustentant, & regunt. Tabernaculum est pulchritudo, quę breui, ac facillimè figitur, & reuellitur. *Fallax* enim *gratia* ait Salomon, *& vana est pulchritudo*. Quia citò euanescit, & cum corpore ipso perit, & elabitur. Meminerit se tabernaculum habuisse, cum vxorem accepit, non in ea spem ponat, non radices figat: non ædificium est, stabile, & constans, sed tabernaculum, quod vbi conuoluitur, & reuellitur, nihil superst. Sicut tabernacula Cedar. Quia licèt sim formo-

Marginal notes: *Exod. 36. 15.* — *2. Reg. 7.* — *2. Reg. 11. 11.* — *Iob 10. 11.* — *Prou. 31*

formosa; licèt Salomonis Regis sponsa, tamen me Scenitam, & Cedarenam esse cogito. In corpore velut in tabernaculo degimus, &, *Qui sumus in hoc ta-*
2. Cor. 5. 2. *bernaculo ingemiscimus*. Ita vitam ducebant in hoc mundi deserto sancti illi viri,
Hebr. 11. 37. *Quibus mundus non erat dignus, in pellibus caprinis, in speluncis*. In pellibus caprinis, tanquam Scenitæ errantes vitam ducebant, vtpote non habentes hic ciuitatem permanentem. Fragilibus, fugacibusq. rebus huius mundi non innitebantur, nec in eis animum firmabant. In diem bona cuncta fore existimabant. rectè Lucian. in Anthologio. θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς. Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus.] Siquidem mortalia mortalibus debentur, qui ex fluidis, fluxisque contexti, ea ipsa, sine quibus viuere non possunt, mortifera sunt, & lethalia. Et tamen, o miseriam, exclamat Sen. ad Marciam cap. 11. homo oblitus conditionis suæ, immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes, pronepotesque disponit, cum interim longa conantem, eum mors
Es. 38. opprimit.] Et vt inquit Ezechias: *Dum adhuc ordirer succidit me*. Vt meritò lacrymabundus efferat, *Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum*. Inopinatò, extemplò, ea celeritate ablata est vita à me, & generatio mea, qua & pastor aliò migraturus tabernaculum suum reuellit, & conuoluit. In momento, in ictu oculi,
2. Pet. 1. 14. *Velox est*, dicebat S. Petrus, *depositio tabernaculi mei*. Non est veluti palatiũ & ædificium quoddam demoliendum, quod non nisi multo sudore, fragore, & tempore deijcitur. Sed veluti conuolutio tabernaculi, vt iure cecinerit Pallas Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν. Τὴν σπουδὴν μεθαρθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας. Vita hominum scena est, lususque, Aut ludere discas sepositis curis, aut miseranda feras.] Obseruauit id Chrys. in cap. 4. Ierem. apud cat. gr. τὸ εὐάλωτον δείκνυσι, σκηνὴν καλῶν· σκηνὴ γὰρ ὁ παρὼν βίος ἐστί. Facilem expugnationem demonstrat nomine tabernaculi. Tabernaculum autem præsens est vita.]

XXVII. Afflixit me] Vulgat. *Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ*. LXX. Vat. ἄφνω τεταλαιπώρηκεν ἡ σκηνή, διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις μου. Repente vastatum est tabernaculum, dilaceratæ sunt pelles meæ.] Aquila apud Euseb. in cat. gr. ἐταλαιπώρησαν αἱ σκηναί μου. Afflicta sunt tabernacula mea.] At Matt. τεταλαιπώρηκέ με. nectit pronomen cum verbo, non cum Tabernaculo. Malè mecum actum est, afflixit me tabernaculum, cum vastatum illud conspicerem. Actiuè enim enim est inflexum verbum. sed fortasse legendum non μου, sed με, in accusandi casu, & ita in margine erat A: At quia alterius manus erat, nolui textum immutare. Et ita actiuè cum quarto casu pluries reperitur apud LXX. Psl. 16. 10. ἀπὸ προσώπου τῶν ταλαιπωρησάντων με. A facie eorum, qui afflixerunt me. Esai. 33. 1. οὐαὶ τοῖς ταλαιπωροῦσιν ὑμᾶς. Væ his, qui affligunt vos.] Inquit autem afflixit me tabernaculum, seu tentorium, cum Vulgata dicat, Vastatum est tabernaculum: vt ostendat Deum non lætari cum nos affligimur, immò nostram vexationem non secus ac sua foret, æstimare. Afflixit me tabernaculi vastatio. Me quodammodo prius vastat, qui vestra tabernacula vastat. Ita Dominus, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*. Et ipse met Zac. 2. 8.
Deus pœnas inflicturus generi humano, *Tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hominem*. Genes. 6. 6.

℣. 5. Non intueamini, &c.

XXVIII. Pag. 5. Quoniam non est intuitus.] Nigredinem suam omnem refert sponsa ad solis radios, a quibus longè facta, non nisi nigra, deiecta, ignobilis, & obscura esse poterat. Sol enim inquit Plin. lib. 2. cap. 6. Lucē rebus ministrat, aufertq. tenebras] Et contra suo recessu tetras efficit, offunditque tenebras. Pacuuius apud Cic. libr. 1. de diuinatione. Interea prope iam occidente sole inhorrescit mare: Tenebræ conduplicantur, noctisq. & nimbum occæcat nigror.] Noctis nigror; quia recedente sole obtenebrescit, nigrescitq. aer. & a Lucret. lib. 4. Nigra nox dicitur. Id ergo, quod Vulgata dicit, decolo-

coloravit me sol, explicatur a LXX. per causam: quoniam non est intuitus me sol. Ex eo enim quod sol sui luminis radios ab aliquo corpore retrahit, decoloratur corpus illud, nec amplius coloratum apparet. Virgil. Aeneid. 6. Rebus nox abstulit atra, colorem.] Et ita interpretatur Matthaeus verbum LXX. παρέβλεψε quoniam ait, eam ideo esse μεμελανωμένην, quia nondum in ea verum apparuerit lumen. Budaeus παραβλέπω caecutio, μὴ ἀτενίζω oculos intentos non habeo. Eustat. in Illiad. α. μὴ βλεπόμενος διὰ τὸ φυγεῖν, λέγεται παραβλέπειν. qui fugiens non intuetur, dicitur despicere.] Itaque non ex radiorum repercussione, solisque obtutu, sed ex solis absentia nigrorem sponsae colligit efformatum. Quomodo etiam S. Ambros. libr. de Isaac cap. 4. Quoniam non est intuitus me sol.] Et libr. de Apolog. Dauid cap. 8. Offuscata sum quia non est intuitus me sol. Ergo fuscamur, quando non videmur a Christo: sed quando videmur albescimus.] Hinc iugis illa sanctorum proclamata precatio, Dei oculorum obtutum petentium: *Si inveni gratiam in oculis tuis*. Salomon: *Respice ad orationem servi tui, & ad preces eius, Domine Deus meus*. Dauid: *Respice in me, & miserere mei*. quod ex eius oculorum radiis, tamquam ex vero iustitiae sole, nostra vita pendeat, vt color a luce, alioqui decolorati erimus. Lacrymabundus Iob conquerebatur. *Sto, & non respicis, mutatus es mihi in crudelem*. Non ferunt Sancti nigrorem abhorrentes, praeclaribus illis priuari radiis: quibus cum priuantur, non secus ac in nocte, tetricum, atratumque sumunt vultum, grauiter id ferentes tristi, moerentique sunt animo. Idque expressit Dominus per Prophetam. *Abscondi a te faciem meam, & indignatus sum, & abiyt vagus in via cordis sui*. LXX. Auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & ambulauit tristis in viis suis.] Tristis, tenebricoso vultu, orbatus luce oculorum Dei, quem lucis recessum, vbi sentiebat Dauid, oculos a lacrymis cohibere non poterat, lacrymisque nigrorem extergere tentabat. *Fuerunt*, inquit, *mihi lacrymae panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus*? Nec aliter mederi potest huic plagae cordis, nisi regressu, ac respectu solis, vt oculos conuertat, & in eum conuiciat Deus. Vno enim intuitu illico laetitia, hilaritas, ac salus. *Vidi, & sanaui eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius*. quum videmur albescimus, quia *Lux oculorum laetificat animam*. Non itaque mirum, si ante Christi aduentum Ecclesia gentium offuscata erat, tristis, & tetrico incedebat vultu: quia sol iustitiae non intuebatur eam: sed ad synagogam Iudaeorum oculos conuerterat, eamque fixo spectabat obtutu. *In manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper*. Quod & Salomon aedificato templo summis precibus impetrarat a Domino, *Vt sint oculi tui aperti, super domum istam die, ac nocte*. Quocirca variis coloratam virtutibus fulgebat Hierusalem ciuitas Sancti. Nubes enim roscida, & caua, vbi solis radios conceperit, Arcum efformat, Iridemque mille repraesentat picturatam coloribus. Nec satis est, inquit Senec. lib. 1. natural. qq. cap. 3. nubem a latere solis esse, nisi soli aduersa sit, & ex recto radios concipiat. Et Plin. lib. 2. hist. nat. cap. 59. Radium cauae nubi innixum, colorum varietatem efficere tradit, ac subdit: Certè nisi sole aduerso, non fiunt.] Hinc Angelus ille describitur, *Amictus nube, & Iris in capite eius, & facies vt sol*. Nubes ambiebat in orbem Angelum, quam repercutientibus radiis solis a facie, Iris in capite efformabatur. Nubes erat synagoga Hebraeorum, cui dicitur a Domino, *Misericordia tua quasi nubes matutina*. Et Dominus oculorum suorum radiis continuò eam feriebat: quid mirum si formata virtutum Iridi, mille nitebat virtutum coloribus? Lateri eius assistebat, & ex recto concipiebat radios illos solis iustitiae. *Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Ideo non secus ac Iris gloriosa, & pulchra. Arcus enim caelestis, vt ait Cicer. libr. 3. de natur. Deorum. Pulcher est, & ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur

Marginal notes: 3. Reg. 8.50. — Ps. 85. 16. — Iob 30. 21. — Esai. 17 17. — Ps. 41. — Esai. 57 18. — Pr. 15. — Esai. 49 16. — 3. Reg. 8.29. — Apocal. 10. 1. — Os. 6. 5. — Ps. 44.

dicitur esse natus.] Thaumantes, quia θαυμαςής admirator est, & laudator. Nascitur ab admiratore, & laudatore; quia vnusquisque arcum admiratur, & laudat. Eccl. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo*. Celebrabatur ab omnibus synagoga Iudæorum, propter Dei templum præclarum illud, in quo Deus adorabatur, *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*. Et speciem quidē habebat admirabilem, vt meritò dicere posset, *Pulchra sum, & decora*: vtpote *Domus Dei nube* repleta: ac etiā quia *Compleuerat gloria Domini, domum Dei*. Et super eam oculi erant Dñi aperti die, ac nocte. Ecclesia autem gentium tenebris offusa ignorantiæ, nigrore recessu solis contracto, fusca, & nigra erat. At resoluta nube illa in aquam, & vt gentes exclamabant, *Nubes pluant iustum*. Obscurato sole, & ad nos percurrente. *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus*. nam *Ascendit Dominus super nubem leuem*, ingressus Aegyptum, factus homo. & quæ nigra erat, formosa, & pulchra est effecta. quia *Oculi Domini super gentes respiciunt*. Alia via nigrorem sponsæ rimatur Origen. hom. 1. in Cant. S. Hieron. interprete. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Ne, inquit, admiremini coloris esse me tetri. Sol despexit me. Pleno quippe radio in me luminis sui fulgor illuxit, vt eius sim calore fuscata.] Vt solis ardore torrida, & fusca sit reddita: & nigra velut Aethiopes, & Aegyptij.

Eccli. 41. 12. — Ps. 86. 3 — 2. Par. 5. 14. — Esai. 45. 8. — Thre. 4. — Esa. 19. 1. — Ps. 65.

℣. Filij matris meæ, &c.

XXIX. Matris suæ filios interpretatur Matthæus, filios Hierusalem, quia Hierusalem mater fuit, tum synagogæ Hebræorum, tum Ecclesiæ Christianorum: ex ea enim Christus Ecclesiæ nostræ caput, ex ea Apostoli. Et Sanctus Paulus inquit. *Hierusalem, quæ est mater nostra, scriptum est enim lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habet virum*. Huius filii Hierusalem, nimirum Pontifices, Scribæ, & Pharisei, pugnauerunt contra me, inquit Ecclesia christiana. è quorum numero Saulus, qui & Paulus, qui spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, persequebatur Ecclesiam Christi: vt ipse met fatetur. *Audistis conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam*. Sed maius bellum contra caput Ecclesiæ commiserunt Scribæ, Pontifices, & Pharisei: quò capite ablato, periret & corpus. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*. Sanctus Hieron. hom. 1. Orig. vertit, pugnauerunt aduersum me.] Et paulo post dimicauerunt in me.] Ex gr. ἐν ἐμοὶ. Sed dictio ἐν, sicut In, apud latinos pariter, aduersum, & contra significat. Act. *Spirans minarum, & cædis in discipulos Domini*. Et S. Paulus. *In corpus suum peccat*. hoc est, contra discipulos, contra corpus. At quomodo pugnauerunt contra, cum subdat. *Posuerunt me custodem in vineis?* Quodnam maius amoris pignus, quàm præsulem aliquem, antistitem, custodem aliorum creare? Sed pugna reuera est aduersus aliquem, custodem eum constituere in vineis, quas plagiarii, sacrilegi iugiter pugnādo diripere conātur, & deuastare student. Per diem, & noctē in armis esse oportet. Semper aduersus insidiatores pugnare, & dum pugnat impugnatur. Cass. lib. 6. var. 8. Gloriosa quidem cura, sed laboriosa custodia.] Vineam à latronibus seruare illæsam. Adeo vt, idem asserat Cassiodor. 12. Interdum assidui labores, etiam ipsas ingratas faciunt dignitates; dum imbecillitas humana, citò solet sustinere fastidia: Et quod prius ambisse creditur, postea vitare velle sentitur.] Nocte excubandum, die pugnandum, quia inquit Dominus *Sanguinem eius de manu tua requiram*. Quicquid deperditum fuerit a te exigetur. quocirca *pastores* illi, qui recte munus suum obibant, *Erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum*. Cum ceteri iucundo se oblectarent somno, ipsi vigiles excubabant. nec secus ac Laban a Iacob, dominus a præsulibus, immo multò rigidius, quo magis prestat homo pecudibus

Gal. 4. — Gal. 1. 13. — Act. 9. 1. — 1. Cor. 6. 18. — Ezec. 3. 18. — Luc. 2. 8.

Genes. 31. 39. dibus rationem expetet. Dicebat autem Iacob, rationem sui muneris reddens Laban, *Oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt. Arietes gregis tui, non comedi: nec captum a bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: diu noctuque æstu vrebar, & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis.* Aestu adeo eram exustus, vt nigrorem Cedar, & Aethiopum contraxerim. Verè onus angelicis humeris formidandum. Angelis, qui nec cibo, nec potu indigent. nullis opibus, nulla supellectili opus habent; qui nec minis terrentur, nec blanditiis flectuntur. Angelis qui summa virtute, ac robore prediti sunt; quorum vnus

4. Reg. 19. 35. dumtaxat, vna nocte cum validissimo Assyriorum exercitu pugnans, centum octoginta quinq; millia bellatorum sua manu interemit: Nec fatigatus triumphabundus abscessit pæana canens. Angelis, qui iam confirmati, a gratia excidere nequeunt. Et hisce, eorumque humeris formidandum, & intolerandum est onus. Quid ergo hominibus, fragilibus, indigentibus, inexpertis, imbe-

Iob. 26. 5. cillibus, infirmis? *Gigantes*, inquit S. Iob, *gemunt sub aquis. Aquæ multæ, populi multi*. Et homuncio non trepidabit, non pallescet, non gemet tali, tantoque pregrauatus onere, quod non sit ferendus? quis intoleranda feret? Cunctorum animas vnius vigilia seruet: aduersus principes, & potestates, mundi rectores tenebrarum harum, vnus pugnet, bellum sustineat, dimicet. Vnus imbellis, tot validos impugnet, expugnet, sternat hostes. Si hoc dimicare aduersus eum non est, qui in custodia præficitur; neque ipsum in certamine certare, pugna erit. recte Lucret. lib. 5.

— Aurum, & purpura curis exercent hominum vitam, belloque fatigant.]

Poena potius est, quam præmium: Onus potius quàm honos. bellè Senec. trag. 3. act. 4. quærente enim Polynice

— Sceleris, & fraudis suæ
Poenas nefandus frater vt nullas feret.] respondet Iocasta.
Ne metue, poenas, & quidem soluet graues.
Regnabit. hæc est poena. si dubitas, auo,
Patriq; crede; Cadmus hoc dicet tibi.]

Vt reuera speciali Dei auxilio ad bellandum opus sit antistiti, ne succumbat oneri, & lampadem tradat. Idque totum firmat Hieremias, cui Dominus: *Ecce constitui te hodie super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & plantes*. Præficitur gentibus, & regnis: sed villici illico munus ei demandatur, vt euellat, dissipet, plantet. quia præses nullum respuere debet opus, quantumuis disiectum, & vile, modo virtutes plantet, vitia euellat, destruat, disperdat, dissipet. Sed mirum est id, quod postea eidem subdit, dicens. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā, in columnā ferreā, & in murum æreum super omnem terram, Regibus Iuda, principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ.* Princeps efficitur, & præses, super gentes, & regna: & ciuitas munita, columna ferrea, murus æneus. quomodo hæc coherent? Optimè quidem. Sciat is, qui aliis regendis preficitur, se ciuitatem munitam debere esse, columnam ferream, murum eneum. Munitam ciuitatem ne hostibus pateat, ne expugnetur, depopuletur. Columnam ferream, innumera perferendo, ferreis humeris ei opus esse sciat, quò presenti animo aduersa tolerare queat. Murum eneum quò bellica tormēta, sine iactura sui, excipere possit. animum ne despondeat, ne flectat, neue abiiciat. ciuitas, murus, columna, quò ictus retundat, declinet, nō inferat, ingerat, vices non rependat. At quorsum hec? Hec potius munimenta sunt prelii, armamenta belli; num fortè bellandum erit? Vtique: *Et bellabunt aduersum te*, addit. atrox, ferum bellum tibi sustinendum erit; quia vbi sentient te super eos velle regnare, bellabunt aduersum te. Sed dicet Hieremias, Domine precepisti mihi, vt super eos constitutus euellam, destruam, dissipem, edificem, plantem. & nunc bellum addis? qui fiet, vt euellam dissipem, edificem, plantem: & simul cum hoste cernam, aduersus bellantes pugnem? Non sunt hæc ipsa disparata. tunc bellum tibi sustinendum erit, cum euellere incipies peruersos mores, in-

Hier. 1.

ueterata

ueterata vitia, mala altis defixa radicibus. Cum ædificare volueris, probosque ingerere mores, virtutes plantare in animis fidelium: tunc acre insurget contra te bellum, tunc vndique cuncti bellabunt aduersum te. Populi, Sacerdotes, Principes, Reges cõiurati omnes aduersum te conspirabunt. At quomodo vnus ego, contra tot principes, populosque bellum geram? *Ne timeas à* Ierem. 1
facie eorum. Bellabunt aduersum te, &
non praualebunt, quia ego tecum sum,
ait Dominus vt liberem te. quamuis murus æneus fores, columna ferrea,
Ps. 126. munita ciuitas, tamen *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Non tuis viribus fides, auxilium tuum a Domino expectandum, vt perrumpere valeas aduersarias potestates, hostes profligare, prosternere. Licèt a Deo etiã sit constitutus præses, non effugiet bellum. Nonne a Dño dux populi Israel cõstitutus fuerat Moyses? Et tamen, licet miraculis insignis, amicitia Dei clarus, sanctitate illustris, quoties aduersus eum insurrexerunt, quod bellum non mouerunt, linguis, manibus, insidijs, dolis, seditionibus? adeo vt tandem etiam lapidibus eum obruere tentarent. recte Senec. trag. 3. act. 4.

Regnare non vult, esse qui inuisus timet.
Simul ista mundi conditor posuit Deus:
Odium, atque Regnum.]

Neque hæc effugisse se credat, cum iustè, rectèque munus suum obierit: immo tum maximè. Dicebat enim Antisthenes apud Diog. Laert. lib. 6. βασιλικὸν εἶναι καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. Proprium hoc Regum esse, mala audire, cum & benefecerint.] Linguam aduersus Regem, populi cohibere nequeunt, etiam summo cum vitæ discrimine. Senec. libr. 3. de ira cap. 22. Homines & periculosissimè, & libentissimè faciunt, de Rege suo male existimant.] Periculosissimè quidem, quia capitale est crimen, & tamen libentissimè. Muniat se princeps tolerantiæ munimine, sit ferrea columna, murusque æneus, vt non commoueatur. Senec. lib. 3. de Ira cap. 23. Contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni.] Ne censeas quisquis es, te ad quietem, delitias, oblectamina vocatum. Senec. trag. 8.

Nunquam placidum sceptra quietem,
Certumue sui tenuere diem.
Alia ex alijs cura fatigat:
Vexatque animos noua tempestas.]

Quocirca cum Christo diceret inexperta regnandi mulier, *Dic vt hi duo filij* Mat. 20
mei sedeant. Responderit ipse Dominus filiis, non matri, cum ipsi, non illa, toleraturi essent ingẽtia onera regni: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Vultis præesse ceteris? Non erit vobis sedendum, quietè, pacatèq. viuendum: sed passionis meæ calicem bibendum, toleranda quæ & ego perpessurus sum. Verùm hæc ipsa, quamuis millies a sacris, exterisque scriptoribus repetita, vix est qui credat, & nolit se sua arte experiri, num ea effugere possit. Tiberius apud Tacit. lib. 1. annal. Se experiendo, ait, didicisse quàm arduum, quàm subiectum fortunæ, regendi cuncta onus.] Licèt voce excepisset a maioribus suis, licèt exemplo suis spectasset oculis, tamen nunquam didicit hoc, numquam percepit, sed experiendo didicit. Claudam cum Seneca traged. 5. act. 1. ---- O fallax bonum

Quantum malorum, fronte quàm blanda tegis?]

Et attexam alium Senec. epist. 80. Omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despoliaueris. Vides illum Scythiæ, Sarmatiæue Regem insigni capitis decorum? Si vis illum æstimare, totumque scire qualis sit, fasciam solue. Multùm mali sub illa latet.] Et quamuis cuncta deessent, illud non deerit vmquam, ipsius nimirum felicitatis seruandæ, diuque regnandi sollicitudo. Senec. libr. ad Polyb. cap. 82. Ipsa magnæ felicitatis tutela sollicita est.]

XXX. Pag. 6. παρετήρησάν με, καὶ ἐξεθήρησαν.] Sic interpretatur Matthæus, *Posuerunt me custodem in vineis.* Constituerant enim eum custodem, non vt custodiret, sed quò custodem obseruarent, & obseruando aliquid in eo reperirent, quo eum flocifaccerent.

Ita

Ita Christo accidit. Accedunt Pharisæi ad Iesum, & magistrum eorum eum constituentes, inquiunt: *Magister quod est mandatum magnum in lege?* (Mat. 22) Sed hoc tentantes eum, quò carperent eum in sermone, non vt ab eo instituerentur. Putabant enim eum dicturum, mandatum magnum fore se diligere. Discipulos se insinulant, & dicunt, *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: dic nobis, quid tibi videtur, licet ne censum dari Cæsari, an non?* Lepidis, fucatisque verbis fictè eum Arbitrum, Iudicem, Magistrum constituunt: Verùm non vt iudicet, sententiam ferat, instituat, doceat: sed *Vt carperent eum in sermone. At Iesus cognita nequitia eorum, ait, quid me tentatis hypocritæ?* Non itaque honoris ergò eum custodem legis, & synagogæ constituunt, sed vt eum in nihilum redigere possent. Atque adeo, rectè, non ait designarunt, crearunt me custodem, sed ἔθεντό με *Posuerunt me*, Sedem tantum, locumque, non magisterium tribuerunt. quocirca subdit, *Vineam meam non custodiui.* Quamuis me custodem in vineis posuissent, tamen nec etiam vineam meam custodiui. Purum putum nomen custodis nactus ex eis, non munus accepi. Vtuntur etiam LXX. in eodem sensu hoc verbo παρατηρεῖν Psalm. 36. παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον. *Obseruabit peccator iustum.* (Ps. 36. 12.) Euseb. ibi apud cat. græ. L. ps. Dan. Barbar. Obseruat qua ratione ipsum prosternat.] Cyrill. ibid. Docet hoc loco Psaltes, quod peccator obseruabit iustum, hoc est, malè affectus, occasionem sæpius obseruabit, vt adhibitis insidiis, illum occidere posit.] Ita sanè plerumque is, qui aliorum custos præficitur, a cunctis insidia, vel odio, obseruatur. Christus Dominus vix excipiebatur aliquo honore, quin non inuido astu obseruaretur. Princeps quidam Pharisæorum perhonorificè eum excipit in domum suam. (Luc. 14 1.) At *cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem.* καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν. *Et ipsi obseruabant eum.* Vt iure dixerit Seneca trag. 1. act. 2. Ars prima regni, est inuidiam pati.] Quia nec vnus est, qui præsit, extra inuidiam. Immò solùm contra eum sua dicta cogitataque vniuersa dirigunt, non secus ac nullus alius foret obseruandus. Illo militari Syrorũ vtentes consilio. *Non pugnabitis contra maiorem, & minorem quempiam, nisi contra Regem solum.* (3. Reg. 22. 31.) Solus qui præest impugnatur, bellumque sustinet. Et maxima licet aliorum errata, flocci penduntur. Solùm dictaque, factaque præsulis summo expenduntur examine, carpuntur, detorquentur in prauum: quasi signum positus ad sagittam, ibi solùm collimant omnes. Seneca trag. 8. act. 1. Feriunt celsos fulmina colles.] Et Christum Petro respondisse, ait Chrys. hom. 87. in Ioann. Opus suscepisti, labora, & te certaminibus expone.]

℣. 6. Renuncia mihi, &c.

XXXI. ἐν μεσημβρίᾳ]. Singularis videtur hæc interpunctio, quæ in vtroque codice eadem constanter habetur. Et ita etiam legisse Matthæum ex eius scholio constat. nam cum exposuisset, ποῦ ποιμαίνεις; addit, εἶθ' ὥσπερ ἀπολογούμενον ὑποτιθεῖσα, ἐν μεσημβρίᾳ.]. Vt sponsa sponsum, quem dilexit interroget, *Vbi pascis, vbi cubas?* Respondeatque, num forte locum ignoro? An non compertum est eum in Meridie esse? In Meridie vtique est. Et licet S. Aug. hanc lectionem refellere videatur libr. de vnitate eccl. cap. 16. reuera tamen, non simpliciter refellit, & damnat, sed in sensu Donatistarum interpretatam. Interpretabantur enim Donatistæ, *In Meridie*, idest, in Africa, vt ibi tantùm degeret Deus, ibi dumtaxat verus esset Dei cultus, vera religio. In eo autem sensu iure optimo damnat S. Aug. eam lectionem. non tamen eam, quam hic interpretatam Matthæus affert, quæ orthodoxa est. *In Meridie.* idest in sinu æterni Patris. Vt S. Ioannes asserit. *Vnigenitus, qui est in sinu patris.* (Ioan. 1. 18.) In Meridie vtiq. quia ex Var. lib. 3. de lingua lat. dicitur Meridies, eo quod medius sit dies.] In media diei parte, in meditullio, hoc est

in corde patris, à quo procedit, est vnigenitus Dei filius. Ps. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum*. Quem Vnigenitum vt descenderet in terris, hicque nobiscum pasceretur, & cubaret exoptabat sponsa: Ceterum alios etiam hac interpunctione vsos reperio. Psell. in Cantic. φησὶν ἐν τάχει λέγε μοι, ποῦ μένεις, ποῦ κοιτάζεις, Ὁ λόγος ὃν ἠγάπησα ψυχῆς αὐτῆς ἐκ μέσης; Ἐν μεσημβρείᾳ μήποτε κοιτάζεις ὦ νύμφη; Actutum, dic mihi, inquit, vbi manes, vbi cubas: Verbum quod ex intima anima dilexi mea. In Meridie ne sponse cubas?] S. Ambros. in Psalm. 118. ser. 2. Vbi pascis? Vbi manes? Reliquisti me, abiisti ad gentes. Qui autem receperunt te Domine, sicut salutis autorem, in Meridie sunt: illis luces, illis refulges, illis calet gratia tua sicut Meridies.] & libr. de Isaac cap. 4. *Vbi pascis?* Quia regale est Dei verbum. *Vbi manes?* Quia morale. *In meridiano*. Quia mysticum.] & lib. 4. Examer. cap. 5. Vbi pascis? Vbi manes? In meridiano. Sequi te cupio quasi alumna, quem quasi copulata ante retinebam: Et greges tuos quærere, quia amisi meos. In meridiano pascis, hoc est, in Ecclesiæ loco, vbi iustitia resplendet, vbi fulget iudicium sicut meridies, vbi vmbra non cernitur.] Ita de Arabiæ illa parte, quæ vergit ad Indiam. Plin. libr. 2. cap. 73. refert Onesicritem tradidisse, ibi die medio solstitii tempore, nullam vmbram iaci. Et ex eodem lib. 7. cap. 2. ait; Quibus in locis Indiæ vmbræ non sunt, corpora hominum cubitorum quinum, & binorum palmorum existere: & viuere annos centum triginta, nec senescere, sed vt medio æuo, mori.] Hæc meridiana loca amat Deus, hic commoratur, vbi nullæ peccatorum
Ps. 18 vmbræ, vbi est, qui *Exultat vt gigas ad currendam viam*. Eam inquam viam
Ps. 118. de qua Dauid: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum*. Giganteo est pede incedendum in mandatis Domini. Gigantes vult suos esse Christus, non pigmeos, magno, excelsoque animo præditos, non pusillo. Gigantes, qui ceteros omnes sanctitate
1. Reg. 9. 2. vitæ superent, qui ab humero, & sursum super omnes emineant. *Erat Saul electus, & bonus: & non erat vir de filijs Israel melior illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum*. Is Dei oraculo, diuinoque numine eligitur in Regem Israel, qui ab humero, & sursum, vt gigas, eminebat. Nec abs re, ab humero debet eminere, qui alios regit, quia eum, humeros ad subeundos labores validiores, robustioresque ceteris opus est, habeat. Et hic electus, & bonus ad alios regendos æstimatur a Deo, nec eo melior est. Nam qui læto, alacrique animo humeros supponit ad iugum Domini portandum, & mandata eius maiori obseruantia, quam ceteri omnes, seruat: Hic bonus Dei minister est: hic electus a Deo est, vt laborum suorum fructus, ne dum in futura vita, sed etiam in hac ipsa mortali consequatur, & ferat. Vt etiã ad populum regẽdum eligatur. In hoc meridiano
pascit Deus. *Dominus regit me* LXX. Ps. 22.
pascit me, *Et nihil mihi deerit*. Quia vbi gigantes sunt, nec senescunt, ibi cubat, ibi manet. Non amat Dominus eos, qui in eius obsequio senescunt, qui calore dilectionis, & spiritu orbantur. A senibus enim calor abest. *Rex* 3. Reg. 1.
Dauid senuerat: cumque operiretur vestibus non calefiebat. Eos enim, qui innumeris licèt beneficiorum, gratiarumque Dei vestibus induantur ex alto, numquam tamen calefiunt, nec Dei amore incenduntur: non amat Deus. sed
vt inquit S. Paulus: *Quod antiquatur, & senescit, prope interitũ est*. Quia ex S. Ioan. Heb. 8. 13.
Qui non diligit manet in morte. Vegetos, vigentesque vult seruos Dominus, 1. Ioan. 3. 14.
non veluti senes lassabundos, frigidos,
rigentes: sed *spiritu feruentes, Domino seruientes*. Iustus Orgelitan. Episc. Rom. 12.
hic. In spiritu feruentibus requiescit.] Remig. Altisidior. in Habac. cap. 3. In illis quærendus, & expectandus est Deus, qui sunt in feruore dilectionis, & fidei. Vnde, & in Canticorum, sponsa interrogat. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.] Et Dominus apparens Abrahæ in conualle Mambre, & in eius tabernaculo sedens, præclaro exceptus Epulo, non nisi in Meridie ibi
se contulit. *In ipso*, inquit, *feruore diei*. Nisi ferueat calor spiritus, non Gen. 18

accumbit, non pascit, non manet Deus in anima. *Si quis*, inquit Dominus, *diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Et ideo sponsa vt exciperet Dominum præmisit. *Quem diligit anima mea*. Aliam meridiei expositionem innuit Origen. hom. 2. nimirum, crucem esse. Vt sponsa exoptet cubantem, & pascentem Christum in cruce, in qua pascit, hoc est, regit, quia Regis titulum ibi accepit, & Dauid cecinit. *Dominus regnauit a ligno*. Vt legerunt LXX. In Meridie autem, quia circa sextam horam, vt omnes referunt Euangelistæ, in crucem actus est Christus. sexta autem hora, inquit Origen. non aliud, quàm meridianum tempus ostendit.] Ibi non secus ac in Meridie, ingenti claritate perfusum se existimabat Dominus. Et sicut oriente sole, ceterarum stellarum fulgor abit: ita Christi splendore in cruce effulgente, *sol obscuratus est, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*, vt sola lux vnigeniti Dei spectaretur in cruce coruscans. Et ita appellauit passionem crucis ipse met Christus, cum dixit, *Clarifica me pater*. Tu ergo quisquis es, qui Christum quæris, in cruce quære: ibi pascentem reperies, sub qua constitutus S. August. dicebat, hinc pascor à vulnere.]

Io. 14. 23.

Ps. 95. 10.

Luc. 23

Io. 17.

XXXII. Pag. 7. Ne forte fiam tamquam colligata.] Thargum, Transmigrantes inter greges.] Pagnin. veluti declinans ad greges.] Ex hebr. nam verbum עטה, quod hic LXX. reddiderunt περιβαλλομένη 1. Reg. 25. 14. verterunt ἐξέκλινεν declinauit. vt nihil aliud significet, quàm declinare in opinionem alterius, colligare se cum altero, in sententiam alterius transiens, & cum eo se nectens. Philo Carphat. Epis. Ne vnquam cum falsis Christianis versari incipiam, & admisceri.] Et hoc significarunt LXX. dicentes περιβαλλομένη. Hesych. περιβάλλειν, πείθειν, στρέφειν, ἐάσαι. Credere, conuerti se, nosse significat.] Abenezra hic. Sicut עטיה mixta. Est enim participium actiuum sumptum a Samuele עטה Et immiscuit se populus.] In quo sensu accepit Matthæus περιβαλλομένη Explicat enim γίνωμαι ἄλλων ποιμνίων. Ab Eusebio, si modo Eusebii illud est a Ioanne Meurs. imp. nam potius videtur esse Gregor. Nyssen. dictio enim illum redolet. γνώρισόν μοι ποίῳ τόπῳ δεῖ ποιμαίνεσθαι, καὶ τίς ἡ ὁδὸς τῆς μεσημβρινῆς ἀναπαύσεως· μήπως με τῆς ἀγαθῆς χειραγωγίας ἀποσφαλλήσασα ταῖς ἀλλοτρίαις τῶν σῶν ποιμνίων ἀγέλαις ἡ τῆς ἀληθείας ἄγνοια συνελάσῃ. Noscam itaque vbi oporteat me pascere, & quæ via sit meridianæ requietis. Ne forte à præclara tuæ manus deductione delapsa, veritatis inscitia, simul cum alienis à tuis ouibus gregibus congreger.]

XXXIII. ἑτέρων alienorum] Ita legit Eusebius a Meurs. imp. Polychron. & Psell. LXX. Vat. ἑταίρων sodalium. Origen. hom. 1. ex duabus, interprete S. Hieron. Nisi enim tu mihi annuntiaueris incipio errabunda iactari, & dum te quæro, in aliorum greges incurro.] Facili immersione αι in ε. Sed fortasse eodem sensu, vt per sodales intellexerint LXX. eos, qui cũ alienæ essẽt opinionis, & mentis, tamen simul cum sponsa iugiter erant. Aut quia sodales sunt, qui plerumque alienant mentem, & animum a Deo, sodales dicti quia cor seducant. Martial. libr. 12. Si vitare velis acerba quædam, Et tristes animi cauere morsus, Nulli te facias nimis sodalem.] Nomen etiam criminosum erat, quod ij essent, qui corrumperent populi Romani suffragia, & contra eos Licinia olim prolata est lex. Et factiosi homines, sodales appellabantur, criminoso nomine. Cicer. orat. pro En. Planc. Ego Plancium dico habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos, quos tu si sodales vocas; officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.] Sodales itaque eiusmodi, Alieni meritò appellantur, quia reuera voluntatem à Deo alienant, bonaque cuncta ipsius animæ alienant, & distrahunt. *Ipsi contra sanguinem suum insidiantur: & moliuntur fraudes contra animas suas*. animã suam fraudant qui cum eiusmodi sodalibus vitam agunt. Senec. epist. 7. Inimica est multorum conuersatio, nemo non

Prou. 1. 18.

mo non aliquod nobis vitium, aut commendat, aut imprimit.] Et licet obfirmato sint animo, virtutibusque ornati, prauorum tamen Sodalitium eos subuertet. Senec. ibid. Socrati, & Catoni, & Lelio excutere mentem tuam dissimilis multitudo potuisset. Conuictor delicatus paulatim eneruat, & emollit. Malignus comes, quamuis candido, & simplici, rubiginem suam affricuit.]

℣. 7. Si te ipsam ignoras, &c.

XXXIV. Pag. 7. ἐὰν μὴ.] S. Ambr. li. 6. Exaim. c. 6. Nosce te ipsũ o homo: quod non, vt ferunt, Appollinis Pythij, sed Salomonis sancti est, qui ait: Nisi scias te formosa in mulieribus. Quamquam multo antea Moyses in Deuteronomio scripserit: Attende tibi ò homo. Attende tibi, ait lex. Et Propheta ait. Nisi scias te. cui hoc dicit? Formosa inquit in mulieribus.] Vbi Salomonem sanctum appellat, & Prophetam. Et libr. de Isaac cap. 3. Nisi cognoscas te decora inter mulieres. Nisi cognoscas te quia decora es: nihil tibi naturæ melioris nobilitas suffragabitur. Cognosce igitur te, & naturæ tuæ decorem. Et exi tu in calcaneis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum, qui regere gregem norunt.] Cogitationem pulchritudinis animæ, conferre ad ipsam pulchritudinem seruandam, fatetur etiam Eusebius, siue quiuis autor ille gr. imp. à Meursio. ἀσφαλέστατον ἐστιν ἡμῶν φυλακτήριον, τὸ ἑαυτὸν μὴ ἀγνοῆσαι. Firmissimum præsidium, tutissimumque nostrum est munimen, se ipsum non ignorasse.] Athanas. ibid. γνῶθι σεαυτὴν πρότερον, ἵνα καὶ ἐμὲ γνῶναι δυνηθῇς. Nosce te ipsam prius, quò & me cognoscere valeas.] Nouerim me, nouerim te. Firmissimum vtique præsidium virtutis, est animæ speciem, formamque suo pondere pendere. cui enim anima magni est, non paruo eam dabit, non vili pretio dæmoni tribuet, aut seruituti peccati se subdet *Propter pugillum ordei*. S. Leo serm. 1. de nat. Domini. Agnosce ò Christiane dignitatem tuam: & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.] Qui quanti sit expendit, difficillimè dignitatem suam minuet: nec prece, nec pretio, nec gratia à Deo recedet vnquam: nec volutabundus se volutabit in omni genere voluptatum: ac cum passionum cœno vt lutulentus sus volutabitur. Quò enim magis quis vas aliquod æstimat, eò maiori custodia seruat: ita quò magis erit alicui pretiosior anima, eò magis ne ruat, vel laxabunda cadat in cœnum, omni studio operam dabit. Nec aliam rationem affert Saul, cur Dauid eum, cum in manu ipsius foret, non occiderit, nisi: *Eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis*. Quod in oculis eius pretiosum erat, noluit perdere. Hoc ipsum Eleazarum cõstantem reddidit, viriliq. perstare fecit animo: ne vnquam contra Dei legem carnes comedere vt nec minis, nec precibus adduci posset: quin potius supplicium pertulit extremum, quàm quicquam contra ius, fasq. ageret. Siquidem cum minis, precibus, blanditiisque ab amicis compelleretur, *ille*, inquit, *cogitare cœpit ætatis suæ, ac senectutis eminentiam dignam, & ingenita nobilitatis canitiem. Respondit citò, dicens, præmitti se velle in infernum*. Nisi ergo quisquam se ipsum, nobilitatemque animæ suæ agnouerit, facillimè abibit post greges alienorum, & à sodalibus lactatus, seducetur. Origen. hom. 1. ex duabus. Si non cognoueris temetipsam, o pulchra in mulieribus, egrdere tu in vestigiis gregum. In vestigiis, inquit, pastorum, nouissima fies: non inter oues, sed inter hœdos tuos, cum quibus habitans, non poteris mecum, idest cum bono pastore esse.] Quocirca & beatissima Virgo excellentiam virginitatis expendens, non illico Angelo assensum præbet, sed modum inquirit, ac scire prius vult, quàm se Dei matrem esse annuat, dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

Deut. 4. — 1. Reg. 26. — 2. Mac. 6. — Luc. 1.

℣. Equæ meæ in curribus, &c.

XXXV. vers. 8. Pag. 8. Equæ meæ Lxx. Vat. τῇ ἵππῳ equę, ex articulo feminini generis apposito, ita legisse liquet, sic

Sic etiam legit S. Ambros. in Psal. 118. serm. 2. In Canticis quoque habemus scriptum. Equae meae in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea.] Euseb. quoq. καὶ τῇ ἵππῳ μου ὡμοίωσά σε. Nunc equae meae assimilaui te.] Quem etiam sequitur Polychron. & ex hebraeo constat: nam est foeminini generis סוסה. Equae autem, non equo Virginem comparat, tum propter pietatem. Aelian. lib. 3. de animal. cap. 8. τὰ βρέφη τὰ τῶν ἵππων, ὅταν αἱ μητέρες καταλίπωσι πρὸ τῆς ἐκείνων ἐκτρέψεως, ὀρφανὰ ἐκτρέφουσι μετὰ τῶν οἰκείων παίδων ἐλεήσασαι αἱ ἄλλαι αὐτά. Pullos equarum, quos nondum plenè nutritos matres relinquerint, alię equae miseratae, cum sobole propria educant, & alunt.] Et sancta Virgo, mater appellatur orphanorum, ad quam exules filii Euae clamant: & ab ea lacte gratiarum nutriuntur. Tum etiam propter cursus velocitatem, & partus foecunditatem. S. Am. lib. de Isaac cap. 4. Virtutis labor quaerit victoriā, vt possit equae illi, quae Salomonis est, comparari, velox ad currendū, habilis ad partum. De velocitate Hom. Ilia. β. ἵπποι μὲν μέγ᾽ ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας ὄρνιθας ὥς. Optimae sat erāt Phereciadis equae, quas ductabat Eumeles, pernices instar pedibus alitū.] Ludit Hom. notatione nominis. ἵππος. n. inquit Eustat. Ili. a. dicitur. παρὰ τὸ ἵπτασθαι τοῖς ποσί. Quod pedibus volet potius, quàm currat. Quocirca emendandum videtur Mag. Etymol. ἵππος παρὰ τὸ ἵεσθαι τοῖς ποσί. Equus dicitur ἀπὸ eo quod pedibus eat.] Frigidum, insulsum etymon: nec quicquam, quod peculiare sit equi, exprimit; cum id commune ei sit cum ceteris quadrupedibus omnibus. Lego itaque non ἵεσθαι, sed ἵπτασθαι. Ex hac ergo currendi velocitate factum est, vt curribus in certaminibus iungerentur: vtpote quae equis ipsis velociores forent. & eis palmam eriperent. Virgil. Georg. 1. — Eliadum palmas Epiros equarum.] Ibi Seruius: Nec mireris equas currere, nam vt dicit Plinius velociores sunt.] Id autem dicit Plin. lib. 8. cap. 42. Ac proinde ob id currui aptae censebantur. Hor. lib. 2. car. od. 16. Tibi tollit hinnitum, Apta quadrigis equa.] Atque adeo pluries retulere certaminum palmam. Et Herodotus autor est in ἐρατῷ equas, quibus tres olympiacas victorias Pisistratus Miltiadis ex matre germanus, retulit; summo tumulatas honore, quò celebri fama colerentur. Ait autem, τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς Διακοίλης καλεομένης ὁδοῦ· καταντίον δὲ αὐτοῦ, αἱ ἵπποι τεθάφαται αὗται, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι· ἐποίησαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τοῦτο τὸ τῶτο Εὐαγόρεω Λάκωνος. Sepultus est autem Cimon ante vrbē trans viam, quę appellabatur Diacoele. Et è regione eius, sepultae sunt equae illae, quae tres olympiacas retulere victorias. Itidem ac istae, iam alię fecerant equae, quae Euagorae Laconis fuere.] Valla obscurè nimis hæc ipsa reddidit, Cimonis nomen reticens, inquit enim: Sepultusq. est ante vrbem.] Quapropter difficillimè percipi potest, quis nam is sit, qui sepultus fuerit; & potius Pisistratus, aut Miltiades quàm Cimon intelligetur, cum proximè eorum nomina protulerit. Nec modò insigni tumulo, sed etiam nomine celebrarunt victrices hasce equas. Pausanias ἠλιακῶν β. de equa Phidolę Corinthii. ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα, ὄνομα μὲν ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν, ἔσχεν Αὔρα. τὸν δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτήν. καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε· καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον. φθάνει τε δὴ ἐπὶ τοὺς ἑλλανοδίκας ἀφικομένη καὶ νικῶσα ἔγνω καὶ παύεται τοῦ δρόμου. Romul. Amasaeus vertit: Phidolę Corinthii equa prętereunda non est.] Sed fortasse aliter in suo graeco codice legerat. Vertendum itaq. est. Equa autem Phidolae Corinthii, cui nomen erat, vt Corinthii tradunt, Aura. Hæc sessore suo ab ipso cursus initio, collapso, incoeptum cursum, perinde ac si rectorem haberet retinuit: & ad metam se conuertit. Audito verò tubae sonitu, vehementius est concitata. Cumq. ad ludorum praefectos ante venisset, iam se victoriae pene compotem sentiens, constitit.]

Aura vocitata, à cursus velocitate. Ouid. 3. Metamorphos. --- rapida velocius aura.] Apol. argonau. δ. de equo veloci. βορεάδῃ ἰσόδρομος αὔρῃ. Borreadi par velocitate Auræ.] Ex qua velocitate cursus Theodoretus immò Psellus in comm. vult sponsam appellatam fuisse equam. βλέπων αὐτὴν σφαδάζουσαν ἐξ ἱεροληψίας, Καὶ πρὸς ἐκεῖνον σπεύδουσαν δραμεῖν καὶ καταπαῦσαι, Ἵππῳ παρείκασεν αὐτὴν αἰθεροδρόμῳ. Cum sponsam, inquit, amoris stimulo percitam, & ad se currere festinantem, attingentemque metam, cerneret, Equæ aeripedi per æthera suo cursu volanti, similem esse dixit.] Quæ perperā librarii lapsu in comm. Thodor. ipsi Theodoreto tribuuntur, cum reuera Pselli sint, idq; etiā ex metro ipso liquidò constet. Sponsa itaque à velocitate cursus commendata, comparatur equæ Auræ dictæ: quòd Aura ipsa velocior extiterit; vt sponsū ob sequeretur, eiusque voluntatem impleret. Addit autem, *In curribus Pharaonis*; Quò maiorem eius velocitatem exprimat. Nam equæ curules, quæ currui aptabantur erant velociores quàm Celetes, quæ solæ ad cursum adhibebantur. De quibus Plin. libr. 34. cap. 5. Equestres vtique statuę Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi Celetas tantùm dicabant in sacris victores. Postea verò, & qui bigis, vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris in currus in his, qui triumphassent.] Et cap. 8. Celetizontas ex participio græco iuuenes appellat, qui Celetibus vtebantur: Celetizontas pueros fecit.] Eustat. Iliad. ο. ὁ δ᾽ ἄλλος ἵπποισι λέγοιτ᾽ ἄν, ὡς Ὀδυσσείᾳ δηλοῖ· ὅτι δὲ κέλης, ἀμέλει οὐχ ὁ ἐπιβάτης, ἀλλ᾽ ὁ ἵππος, ὃ δηλοῖ τὸ ἀζεύκτων ἵππων. Maris equæ dicuntur, vt in Odysſęa expositum est. Celes autem propriè non aurigam; sed equum significat. Equum autem singularem, non cum altero iunctum.] At currui iunctæ velocius, celeriusque currunt. Homerus velocitatem nauis Vylssis, quæ vnius tantùm diei spacio ex Phæacia Ithacam peruenerat, expressurus, eam non Celetibus equis, sed quadriiugo currui iunctis, comparat. Ἡ δ᾽ ὥς τ᾽ ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι, Πάντες ἅμ᾽ ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης, ὑψόσ᾽ ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον. ὣς ἄρα τῆς πρύμνη μὲν ἀείρετο. At illa, velut equi quadriiuges in campo, Omnes à scuticæ ictibus pariter acti, In sublime elati, celeriter emetiuntur viam. Sic quidem huius tollebatur puppis.] Virgilius item Aeneid. 6. Equis biiugis curru illigatis, non solutis, velocitatem exprimit. Non tam præcipites biiugo certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.] Vnus enim alterum extimulat, agit, adiuuat. Quia enim ante dixerat sponsa se non singularem esse in cursu, sed cū sociis, post sponsum currere: *Post te curremus in odorem unguentorum tuorum*. Idcò huic Cant. 1. sponsus eam non simpliciter equam, sed *In curribus Pharaonis*, appellat. Vt celeritatem in agendo, quam summopere Deus expetit, exprimat. S. Ambros. libr. 1. de Abraham cap. 5. Non satis est rectè facere, nisi etiam maturare, quod facias: Vberiores enim fructus habet accelerata deuotio.] Nec enim nectere moras debet, cum quis Dei opus facturus est. Rectè Seneca libr. 2. de benef. cap. 5. Omnis benignitas properat: Et proprium est libenter facientis, citò facere. Qui tardè, & diem de die extrahens, profuit, non ex animo fecit. Tardè velle, nolentis est. Multùm celeritas fecit, multùm abstulit mora. Sicut in telis eadem vis ferri est: sed infinitum interest, vtrum excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effluant. Idem est quod datur.] Cum non celeriter fit, remissè telum emittitur, nec ferit, vel scopum attingit. Meritò ille comicus apud eundem: --- Tu non intelligis, Tantùm te gratię demere, quantùm moræ adiicis.] Interest multùm quomodo res Deo tribuatur. Segnities, mora, cunctatio, nolentis indicia sunt; remque nolens volens aggredientis. Expendit Sanctus Ambrosius libr. 1. de Abel, & Cain capit. 7. Cur Deus non respexerit ad Cain, & ad munera eius: nec aliam plane se reperisse fatetur,

causam

causam fuisse nisi cunctationem, & moram. Quia nimirum, Cain cunctabundus, & segnis post multos dies, non illico, sacrificium Deo obtulit; hæc culpa fuit. Idque signasse Moysen, ait
Gen. 4. 3. illis verbis. *Factum est post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ.* Subditque S. Ambros. Sacrificium celeritate commendatur, & gratia.] Celeres vult seruos Dominus, sibique similes,
Esai. 8. 3. cui nomen. *Accelera, festina.* Quocirca Dominus Zacheo dixit. *Festinans*
Luc. 19 5. *descende.* Idque cum optimè sciret Abraham, qui Dei seruum se toties nominauerat, cum Dominum vellet in tabernaculo excipere, eique inseruire: *Festinauit in tabernaculum ad Saram, & di-*
Gen. 18 6. *xit ei: Accelera. Et ipse cucurrit ad armentum, & puer festinauit.* Quæ expendens Origenes, inquit: ipse currit: vxor festinat: puer accelerat: nullus piger est in domo sapientis.] Et S. Ambros. libr. 1. de Abel cap. 8. Cognosce celeris studia deuotionis: Cucurrit, inquit, & accepit vitulum. Vbique impigra deuotio, & ideo Deo fuit munus eius acceptum.] Festinantes debemus exercitia virtutis agere, prima voti gratia, ait S. Ambros. ibid. est celeritas solutionis.] Tantum gratiæ demis operi tuo, quantum moræ adiicis. Festinauit Zachæus vt Domini iussa impleret; & ideo inquit S. Ambros. ibid. Eum celeri remuneratione donauit, dicens: *Quia*
Luc. 19 *hodie salus domui huic facta est.*] Festinauit enim Dominus ad beneficium, & non expectauit vt promitteret, & postea impleret: sed ante fecit, postea declarauit: dixit enim, *facta est salus.* Non dixit faciam, sed iam facta est, antequam eam promitteret, præuenit promissa. Non enim Deus est vt plerique mortalium, de quibus perbellè Seneca libr. 2. de benef. cap. 5. Plerisque hoc vitium est, ambitione praua differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. Quales regię potentiæ ministri sunt, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculum; minusque se indicant posse, nisi diu multùmque singulis, quid possint, ostentent. Nihil confestim, nihil semel faciunt.] Non ita Deus, qui & nomen à celeritate habet. Deus enim θεὸς græcè dicitur, inquit Nicetas ad orat. S. Naz. de Pascha à verbo θέειν, idest currere, & res vniuersas confouere. Quod ex Damasc. lib. 1. de fide cap. 12. hausit. Accelerat Deus, festinat vt nobis opem ferat. Inclinauit cælos, & descendit: quo citius veniret. Ideo sponsa assimilatur Equæ in curribus. Quæ à currendo ita vocatur. Vt sciat Equa Dei, sponsa Salomonis cælestis, se currui iunctam ad currendum. Idque præstitit abundè Virgo sacrata: quæ vt sensit se sponsam Dei effectam, Deique filium se concepisse, eumque in vtero non secus ac in regio curru ferre, illico tamquam Regis equa, *Abiit in montana cum festinatione.* Ac-
celerat cursum veluti curulis equa. Hæc Luc. 1. 39.
de velocitate. De partus autem habilitate Arist. libr. 6. hist. animal. capit. 8. τίκτει δὲ τῶν τετραπόδων ἀπονώτατα ἵππος. Equa facillimè omnium quadrupedum parit.] Iurè itaque meritò Equæ comparatur Virgo. Tum etiam quia equabus grauidis nihil etiam maximos obfuisse labores, compertum est, Plin. libr. 10. cap. 63. Nec impedit quosdam ab opere, falluntque grauidę. Vicisse Olympia prægnante equa Echecratidis Tessali inuenimus.] Aristoteles libr. 6. histor. animal. capit. 22. Scythæ equabus grauidis equitant.] Et sanctissima Virgo Dei filio concepto, licet eum ferret in vtero, tamen *Abiit*
in montana cum festinatione in domum Luc. 1. 39.
Iuda. & *Ascendit Ioseph à Galilea* Luc. 2.
in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ 5.
vocatur Bethlehem, cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Quia nullo foetus grauamine premebatur, vel partus fatigabatur onere. Verùm quænam equa hæc Salomonis, cui similis pronunciatur? Qua planè vtebatur Rex Salomon in curribus ex Aegypto aduectis. Vel fortè, qua singulariter à Pharaone Rege, suæ vxoris patre, munere fuit auctus. Innumeras autem habuisse equas Salomonem, liquet ex libr. Paralipomen. *Habuit Salomon quadraginta millia*
equorum in stabulis. LXX. καὶ ἦσαν τῷ 2. Par.
Σολομῶντι τέσσαρες χιλιάδες θήλειαι ἵπ- 9.
ποι εἰς ἅρματα. Fueruntque Salomoni equæ fœminæ quatuor millia in currus.]

Regię n. maiestatis erat insigne, innumeras equas in stabulis suis habere. Homer. Iliad. v. agens de Erichthonio Rege, idq. fortasse è sacris litteris mutuatus, ait. Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα, Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, Τῷ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι. Hinc & Erichthonion Regem sibi Dardanus edit, Quo non mortalis fuit vnquam ditior alter: Pascebantur equæ, cui ter mille humida prata; Gaudentes teneris pullis.] Ex innumeris autem equabus illis, aliqua vtiq. erat ceteris pręclarior, quàm ascendebat Salomon, & hæc singularis eius equa appellabatur, quòd solus ipse in eā sederet. Vti & alii Reges peculiares equos habuere, quos nemo alius ascenderet. Plin. libr. 8. capit. 4. de Alexandri Regis equo: Neminem hic alium, quàm Alexādrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem, alios passim reiiciens. Nec Cæsaris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus, traditur.] Ita cum Sacrosancta Virgo nullum alium præter vnum Christum sponsum in se admiserit: *Princeps ipse sedebit in ea*; Iurè eam appellat sponsus, Equam suam, quia non alterius: cum tota solius esset Christi. *Ego dilecto meo*. Nec absolutè posuit, Equæ, sed *Equa mea*, Regis nimirum Salomonis. Tum quia Regis equus summo insternitur ornatu, vt Regi par est. Plin lib. 37. cap. 12. Gemmas tantæ quondam magnitudinis fuere, vt equis Regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent.] Xenophon libr. 8. Cyropæd. οἱ δ' αὐτοῦ Κύρου τρεφόμενοι ἵπποι, παρῆγοντο χρυσοχαλίνοι ῥαβδωτοῖς ἱματίοις καταπεπταμένοι. Ducebantur equi frenis aureis insignes, qui Cyro nutriebantur, virgatis stragulis operti.] Claudian. Accipe regales cultus, & crine superbus Erecto virides spumis perfunde smaragdos, Luxurient tumido gemmata monilia collo, Nobilis auratos iam purpura vestiat armos, Et medium te Zona liget variata colorum Floribus & castæ manibus sudata serenæ, Persarum gentile decus.] Ita etiam sponsa maiori quàm ceteri renidebat decore, præclariorique virtutum exornabatur instratu. Regis vtpote sponsa. De qua scriptum est: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Ac iterum: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*. Tum quia regius equus satis à ceteris distat, nedum ornatu, sed etiam indole. Et est cunctis præstantior, vtpote elatiori, celsiorique animo. Non calcaribus, loribusque, non minis, flagellisque indiget; solo Regis nutu cuncta peragit; Quem eleganter describit Statius. Tunc rector genero Polynici indulget agendum, Multa monens, vbi sensior equo, qua fretus ab arte Mulieri, nec sęua manus, nec liber habenis Impetus; Vrge alios, inquit, stimulisque minisque, Ille ibit, minus ipse voles.] Curt. lib. 6. de Alexandri equo: Equus Regis, nec in dorso insidere suo patiebatur alium: & Regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens, excipiebat; Credebaturque sentire, quem veheret.] Ita Virgo non calcaribus, non stimulis indigebat vt in via mandatorum Dei curreret: Dei tantùm nutu se mouebat, vt dicere posset: *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum: In voluntate tua deduxisti me*. Non vt ceteri, qui camo, & freno constricti, minis, terroribus, flagellisque inflictis vix Dei præcepta obseruant: *Multa flagella peccatoris*. Nec approximat Deo. At Virgini, notitia sola voluntatis Dei, pro calcaribus erat. Ceu alter Dexippi equus, de quo Suidas verbo ἵππος. ὁ δὲ ἵππος αὐτοῦ ὥσπερ ἅμα καὶ αὐτὸς ἡνίας [ἐλαυνόμενός τε ὠκύτατα φέρεσθαι· καὶ βάδην φρόντος πρᾳότατα ἵστασθαι· καὶ ἐκκλίνοντος ὅπως περιΐσταται, καὶ κυκλώσεται. ἀναστρέψαι ἐπεγείρεσθαι. Equus porro eius, ita erat institutus, vt & sine habenis ocyssimè ferreretur. Et illo sensim procedente, placidissimè staret; & declinante, vt circumiret, atque in orbem eum duceret, agillimè conuerteretur.] Ita Virgo ex Dei nutu pendebat. *Equa mea*. Non equabus, quia vnica, & singularis ipsa. Nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Canit Ecclesia. Et, Sola sine

Ezech. 44. 3.
Cant. 6. 2.
Ps. 44.
Prouer. 31. 29.
Ps. 72.
Ps. 31.

fine exemplo placuit Domino, Sola fuit
digna portare Regem cælorum, & Do-
minum.

XXXVI. Pagin. 8. vers. 8. τῇ
ἑβραΐων φωνῇ Αἴγυπτον.] Origenes
homil. 1. in Genesim. Calcare libi-
dinem, fugare luxuriam, omnesque
voluptates corporis premere, ac frena-
re, est principatum gerere totius Ae-
gypti.] Et hom. 16. Agnoscimus quid
seruire Aegyptiis, nihil aliud est, quàm
obnoxium fieri carnalibus vitiis.] Qui
enim facit peccatum, seruus est pecca-
ti. Clarius Sanctus Gregor. Nazianz.
orat. 2. in Pascha. [illegible]
[illegible]
[illegible] Hinc Aegyptum fugiamus,
hoc est, triste, nosque persequens pec-
catum.] Sed esto id. Verùm quomodo
[illegible] significet [illegible]
nominibus apud Hebræos appellatam
Aegyptum reperio: & vtroque nomi-
ne significari peccatum constat. Vno
[illegible] Mitzraim.
Rahab. Plerumque in sacris literis
ob animi elationem cognominatur
Ps. 86. 4. Aegyptus. Psalm. Memor ero רהב
Rahab, & Babylonis. S. Hieronym.
Commemorabor superbiæ, & Babylo-
nis.] R. Scelom. Memorare faciam
Aegyptum, & Babel.] R. David in
comm. Memorare faciam Aegyptum.
Thargum. Commemorant laudes tuas
Ps. 88. 11. Aegyptij, & Babylonij.] Psalm.
Tu humiliasti sicut vulneratum רהב
Rahab, superbum. R. Abraham, & R.
David, Aegyptum. Thargum [illegible]
מצרים Rahab superbum. Rahab, ip-
se est Pharao.] Theodoretus, fine
S. Basil. Cæsar. Superbum enim, Pharao-
nem appellat: & inimicos Aegyptios,
Esaia. 51. 9. quos mari obruit, suoque populo sa-
lutem dedit.] Esaias. Numquid tu
percussisti רהב Rahab superbum? R. Sce-
lom Aegyptum. S. Hieron. ibi. Tu es
enim, qui percussisti superbum, Regem
videlicet Aegypti, Pharaonem.] Hoc
etiam vocabulo nedum Aegyptus ap-
pellatur, sed etiam Aegyptiorum
Ps. 39. 6. peccatum, nimirum idolatriæ. Psalm.
Beatus vir, qui non respexit in vanita-
tes. hebr. רהבים Rehabim. LXX.
εἰς ματαιότητας vanitates. Cyrill. in

cat. L. ps. Vanitates, & insanias falsas,
Idolorum cultum, & quæ à gentibus e-
ximia iudicantur.] Chrys. ibidem Va-
nitates intelligit idolorum mysteria, &
fraudes alias, & præstigia, quæ illi sa-
pientiam nominant.] Alterum nomen
est מצרים. S. Hieron. in cap. 19. Esai.
מצרים quod dicitur Aegyptus, interpre-
tatur θλίβουσα, tribulans, seu ad an-
gustiam redigens.] A radice צר Tsar.
Obsedit, afflixit, angustijs, doloribus- Ps. 17. 6.
que affecit. Ex qua צר Diabolus. Esth.
Nunc autem hostis noster hebr. צר Esther. 7. 4.
Hatsar. LXX. ὁ διάβολος Diabolus.
Et צרה Tsarà Angustia, tribulatio.
Psalm. Tribulationem, & dolorem in- Ps. 114. 4.
ueni. Psalm. Tribulatio, & angustia Ps. 118. 142.
inuenerunt me.] Et pro doloribus par-
tus. Esaias. Angustia possedit me, si- Esai. 21. 3.
cut angustia parturientis. Et pro bel-
lare. Psalm. Quoniam multi bellaque Ps. 128. 1.
aduersum me. Quæ omnia significata
periphrasim peccati agunt. Peccatum
enim in summas angustias peccatorem
redigit. S. Paulus, Tribulatio, & an- Rom. 2. 9.
gustia in omnem animam operantis ma-
lum. Non cute tenus, sed in anima
est angustia & tribulatio, quam pecca-
tum secum affert. Rectè Senec. epist.
81. Quod pessimum ex malitia est, do-
mi remanet, & premit habentem.
quemadmodum Attalus noster dicere
solebat. Malitia ipsa maximam partem
veneni sui bibit. Illud venenum, quod
serpentes in alienam perniciem profe-
runt, sine sua, continent. Non est huic
simile. Hoc habentibus pessimum est.
Torquet se ingratus, & macerat.] Ac-
cinit David. Non est qui faciat bonum: Ps. 139.
Venenum aspidum sub labijs eorum. Con-
tritio, & infelicitas in vijs eorum.
Lædit animam peccatum. Qui autem Prouer. 8. 36.
in me peccauerit, lædet animam suam.
Et lædit ad mortem. Anima, quæ pec- Ezech. 18. 4.
cauerit, ipsa morietur. Lethalius vene-
num, quàm venenum aspidum, quod
illos vtrique non lædit, qui retinent, &
habent: sed tantùm eos, in quos effun-
ditur. At peccati venenum, ne dum
alios inficit, sed etiam habentem inte-
rimit. Et peccatores non secus ac ve-
nenum ebibissent moriuntur. Plin. lib.
2. capit. 73. Hi, qui venenum hause-
runt

runt, sitientes similes estinguntur.] Et peccator pariter inextincta voluptatum siti perit. Expressè autem pro peccato idololatriæ hebræa vox [illegible] sumitur. Esai. *Simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.* Thargum. Cultores idolorum. Et pro malo. Prouerb. *Dens putridus.* LXX. ὀδοὺς κακοῦ, καὶ ποὺς παρανόμου. Dens malus, & pes iniqui.] Effectus peccati Dauid. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ.* & *Omnes declinauerunt: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt.*]

Esai. 45. 16.

Prouer. 25. 19.

Ps. 17. 6

Ps. 13.

Quam pulchræ, &c.

XXXVIII. Pag. 98. vers. 9. A pudore, & humilitate nunc sponsam laudat; ex Marco Pisenensia. Quia enim Equam appellauerat, ne vocabulo hoc, pulchritudini Sponsæ quicquam, derogasse videretur, subdit: Quàm pulchræ, &c. Psello: ἵνα μὴ δόξῃ τῷ κάλλει ὑβρίζειν τὴν νύμφην, ἐξηγουμένη ἵππῳ ἀφομοιώσας τὴν τοῦ νυμφίου... Ἐπάγει τὸ τῆς τρυγόνος. An ne sponsam afficeret contumelia, quod perspicuè similis equæ diceretur? Audi quid ad eam deinceps sponsus dicat: Quàm pulchræ sunt genæ tuæ.] Quibus verbis comparatè eam laudat à pudore, & verecundia. S. Ambros. in Psalm. 118. serm. 3. Genæ sicut turturis præferunt insignia verecundiæ.] Sed quorsum *Sicut turturis*? vt sponsam laudet, quæ licèt equa sit in curribus Pharaonis, tamen maxillas nec camo, nec freno constrictas habeat, sed liberas velut Turturis. Quæ cum auis sit non indiget freno, nec calcaribus ad volandum. Licèt equa sit in regio aptata curru, tamen non loris, nec freno, vel alio quouis ligamine nectitur, & illigatur: sed libera, & soluta velut auis incedit, currumque trahit. Nisi velimus potius equæ eam esse comparatam, non quæ currui alligatur, sed quæ equos currus subsequatur. Curt. libr. 3. Currum Ioui sacratum albentes trahebant equi. Hos, eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellabant, sequebatur.] Vt sponsa equa, fuerit Solis Iustitiæ, quæ libera, & soluta incederet. quia inquit S. Paulus: *Iusto lex non est posita*. Cum lata non sit ad iustos coercendos. Iusti enim sponte sua se conformant legi, amore iustitiæ, & obedientiæ, non timore pœnæ, quam lex transgressoribus minatur. Oderunt enim peccare iusti, virtutis amore. Sicut iuueni satis instructo, non est opus pædagogo: nec minis, & flagellis seruo, qui sponte imperata facit. Ita lege minaci, & poenas intentante, non est opus iusto, qui sua sponte facit bonum, à lege imperatum. S. Augustin. in Psalm. 1. Iustus non est sub lege, quia in lege Domini est voluntas eius.] S. Irenæus lib. 4. cap. 30. Lex non est posita iustis: iusti autem patres, virtute, decalogi conscriptam habentes in cordibus, & animabus suis legem, diligentes scilicet Deum, qui fecit eos: & abstinentes erga proximum ab iniustitia; propter quod non fuit necesse admoneri eos correptoriis litteris, quia habebant in semetipsis iustitiam legis.] Appositè Chrysost. hom. 2. in 1. ad Timot. πῶς οὐ κεῖται νόμος τῷ δικαίῳ; ὅτι πολλῷ ἀνώτερός ἐστιν αὐτοῦ. καὶ ὅτι οὐ δεόμενος τῆς ἀσφαλείας τῆς παρ᾽ ἐκείνου μαθεῖν, ἔνδοθεν ἔχων τὴν ὑπαγορεύουσαν αὐτῷ τὴν ἀρετὴν χάριν. νόμος γὰρ ἐδόθη, ἵνα τῷ φόβῳ κολάζωνται, καὶ τῇ ἀπειλῇ. οὐ δεῖ τοίνυν χαλινοῦ ἵππῳ τῷ... διδασκάλων... παιδαγωγίας, ὅτι... παιδαγωγοῦ. Cur iusto lex non est posita? Quia non ea coercetur. [Immeritò vetus interpres: quia ille cruciatu superior est.] Neque ab ea, quæ agenda sint discere expectat: quum habeat intrinsecus dictantem Spiritus gratiam. Lex enim data est, vt metu, atque comminatione terreantur, ac à peccato desistant. Nihil igitur freno opus est mansueto, & obtemperanti equo. Nihil instructione ei, qui pædagogo non indiget.] Meritò itaque Virgo pulchras habebat genas vt Turturis, nullo illigatas freno. Atque adeo, cum de pudore, ac verecundia Virginis verba faceret, iurè Turturi eam compararat, ne fortè suspicaretur aliquis cunctabundam fore sponsam, & stimulis, calcaribusq. indigere ad operandum. Licèt verecunda sit sponsa, non tamen quicquam

1. Tim. 1. 9.

quā retardatur: quia Turtur auis est, quę citissimè currit, & volat. Cicer. lib. 2. de finibus. [illegible] cursu, & peregrinatione lętantur.] Pudor enim reuocat animum à coetu, congregationibus[illegible] solitudinem amat, in rebus tamen agendo [illegible] addit celeritatem [illegible] in actibus prauis retardat [illegible] in bonis. Verecundiam autem significat rubor genarum. [illegible] Polychronius hic [illegible] Sponsam pudore exornat. Rubræ enim sunt Turturis genæ.] Color vtique [illegible] laudatus in mulieribus. [illegible] namque Aristotelis filia rogata, quis pulcherrimus color esset: [illegible] quem in ingenuis gignit pudor.] Gignit autem & ipse ruborem. Cicer. lib. 4. [illegible] Tusculan. Pudorem rubor, terrorem pallor consequitur.] Ex Arist. vtique lib. 4. moral. cap. 9. Rubescunt qui pudore afficiuntur, qui mortem timent, pallent.] Quocirca rectè Cato apud Plutarch dicebat. [illegible] Sibi magis placere iuuenes, qui rubescerent, quàm qui pallescerent.] quod illud esset animi ingenui. Laudis itaque sponsæ est, genas eius sicut Turturis esse. Origen. hom. 1. Genæ tuæ vt turturis. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur. Pulchritudo quippe mulierum in genis dicitur esse quamplurima.] Pulchritudo autem Virginis, in genis elucens, Verecūdia est. Diogenes ex Laert. [illegible] Videns adolescentulum rubore perfusum, bono inquit animo esto, eiusmodi est virtutis color.] Nam, vt optimè Cic. de partit. Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens.] Quocirca iure summa laus sponsæ fuit, eam decantasse verecundam. Siquidem dicebat Demades, vt refert Plutarch. in præcept. connub. [illegible] Pudorem in muliere, esse pulchritudinis arcem.] Tum quia pulchritudinem animi tuetur, & seruat: tum quia, ipsa verecundia summa virtus est.] S. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 18. Pulchra virtus verecundia, & suauis gratia.] Quia inquit Sapiens, *Gratia super gratiam, mulier sancta, & pudorata.* Græcè [illegible] Verecunda. Gratiam sanctitati addit verecundia, & pudor. Multum, inquit S. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 18. verecundia placet, multum conciliat gratiæ.] *Gratia super gratiam* pudor est, summa gratia, arx gratiarum. Hanc autem gratiam in Virgine fuisse, explicat S. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 18. Est verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Hinc primus in ipso cognitionis ingressu Domini Matrem commendat legentibus, & tamquam testis locuples dignam, quæ ad tale munus eligeretur, adstruit: Quòd in cubiculo, quòd sola, quòd salutata ab Angelo tacet, & mota est introitu eius: quòd ad virilis sexus speciem peregrinam, turbatur aspectus Virginis. Itaque quamuis esset humilis, præ verecundia tamen non resalutauit, nec vllum responsum retulit, nisi vbi de suscipienda Domini generatione cognouit.] Ex alio etiam sacræ Virginis facto, eius liquet Verecundia. Peruenit in domum Zachariæ, vbi erat Elisabet. *Mansit autem Maria cum illa*, inquit S. Lucas, *quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Sed quando, & quorsum? quia subdit Euangelista, *Elisabet impletum est tempus pariendi.* Quia cognata sua paritura erat, abscedit Virgo, vt coetum, turbamque eorum, qui læta congratulationis officia exhibituri erant, declinaret. Ac etiam ne partui, licèt sanctæ Elisabet, interesset. Sed fortasse ad laudes eius à sponso decantatas, cum responderet ei, ac diceret, *O pulcherrima inter mulieres*; ipsa vtpote uerecunda, rubore suffusa, vultum mutauit: & pulchrior effecta ipsa verecundia, sponsus subintulerit eius laudes, dixeritque *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Idq. fortasse sensit Orig. hom. 1. cum dicit. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur.] Ipsa nimirum sponsa. Ita contigisse Chramidi, cum de temperantia laudaretur à Socrate, fatetur Plat. in Charm. Tunc ipsius Charmidis

Luc. 1.

Eccles. 26. 19.

Luc. 1.

runt, sitientes similes extinguntur.] Et peccator pariter inextincta voluptatum siti perit. Expressè autem pro peccato idololatriæ hebræa vox [illegible] sumitur. Esai. *Simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.* Thargum. Cultores idolorum. Et pro malo. Prouerb. *Deus punibilis.* LXX. ὁδὸς κακοῦ, καὶ πούς παρανόμου. Deus malis & pes iniqui. Effectus peccati Dauid. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.* & *Omnes declinauerunt, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt.*]

Esai. 45. 16. Prouer. 25. 19. Ps. 37. 6. Ps. 13.

Vers. Quam pulchræ, &c.

XXXVIII. Pag. 98. vers. 9. A pudore, & humilitate nunc sponsam laudat; ex Marci sententia. Quia enim Equam appellauerat, ne vocabulo hoc, pulchritudini sponsæ quicquam derogasse videretur, subdit: Quàm pulchræ, &c. Psellus: ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ τῷ καλεῖν ὑβρίζειν τὴν νύμφην, Ἐξηγουμένη ἐμφανῶς ἵππον αὐτὴν τῷ λόγῳ, ἐκ τῶν ἑξῆς τί φησιν ὁ [illegible] ταύτην ὁ νυμφίος; Τί ὡραιώθησαν; At ne sponsam afficeret contumelia, quod perspicuè similis equæ dicatur. Audi quid ad eam deinceps sponsus dicat: Quàm pulchræ sunt genæ tuæ.] Quibus verbis comparatè eam laudat à pudore, & verecundia. S. Ambros. in Psalm. 118. serm. 3. Genæ sicut turturis præferunt insignia verecundiæ.] Sed quorsum *Sicut turturis?* vt sponsam laudet; quæ licèt equa sit in curribus Pharaonis, tamen maxillas, nec camo, nec freno constrictas habeat, sed liberas velut Turturis, Quæ cum auis sit non indiget freno, nec calcaribus ad volandum. Licèt equa sit in regio aptata curru, tamen non loris, nec freno, vel alio quouis ligamine nectitur, & illigatur: sed libera, & soluta velut auis incedit, currumque trahit. Nisi velimus potius equæ eam esse comparatam, non quæ currui alligatur, sed quæ equos currus subsequatur. Curt. libr. 3. Currum Ioui sacratum albentes trahebant equi. Hos, eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellabant, sequebatur.] Vt sponsa equa, fuerit Solis Iustitiæ, quæ libera, & soluta incederet: quia inquit S. Paulus; *Iusto lex non est posita*. Cum lata non sit ad iustos coercendos. Iusti enim sponte sua se conformant legi, amore iustitiæ, & obedientiæ, non timore pœnæ, quam lex transgressoribus minatur. Oderunt enim peccare iusti, virtutis amore. Sicut iuueni satis instructo, non est opus pædagogo: nec minis, & flagellis seruo, qui sponte imperata facit. Ita lege minaci, & pœnas intentante, non est opus iusto, qui sua sponte facit bonum, à lege imperatum. S. Augustin. in Psalm. 1. Iustus non est sub lege, quia in lege Domini est voluntas eius.] S. Irenæus lib. 4. cap. 30. Lex non est posita iustis: iusti autem patres, virtute decalogi conscriptam habentes in cordibus, & animabus suis legem, diligentes scilicet Deum, qui fecit eos: & abstinentes erga proximum ab iniustitia; propter quod non fuit necesse admoneri eos correptoriis litteris, quia habebant in semetipsis iustitiam legis.] Appositè Chrysost. hom. 2. in 1. ad Timot. τὸ δὲ οὐ κεῖται νόμος τῷ δικαίῳ, ὅτι κολάσεώς ἐστιν ἐκτός, καὶ ὅτι οὐ περιμένει τὰ πρακτέα παρ' ἐκείνου μαθεῖν, ἔχων ἔνδον ὑπαγορεύουσαν αὐτῷ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν. νόμος γὰρ ἐδόθη, ἵνα τῷ φόβῳ κολάζωνται, καὶ τῇ ἀπειλῇ. ἔοικε τοίνυν χαλινῷ, ἵππῳ τινί. ὁ ἵππος οὐ δεῖται χαλινοῦ, οὐδὲ παιδαγωγίας, ὅτι τὸ νέος οὐ δεόμενον παιδαγωγοῦ. Cur iusto lex non est posita? Quia non ea coercetur. [Immeritò vetus interpres: quia ille efficaciter superior est.] Neque ab ea, quæ agenda sint discere expectat: quum habeat intrinsecus dictantem spiritus gratiam. Lex enim data est, vt metu, atque comminatione terreantur, ac à peccato desistant. Nihil igitur freno opus est mansueto, & obtemperanti equo. Nihil instructione ei, qui pædagogo non indiget.] Meritò itaque Virgo pulchras habebat genas vt Turturis, nullo illigatas freno. Atque adeo cum de pudore, ac verecundia Virginis verba faceret, iurè Turturi eam comparat, ne forte suspicaretur aliquis cunctabundam fore sponsam, & stimulis, calcaribusq. indigere ad operandum. Licèt verecunda sit sponsa, non tamen quic-

1. Tim. 1. 9.

quam

quia retardatur: quia Turtur auis est, quæ citissimè currit, & volat. Cicer. lib. 2. de finibus. Turtures cursu, & peregrinatione lætantur.] Pudor enim reuocat animum à cœtu, congregationibusque, solitudinem amat; in recte tamen agendo pennas addit, celeritatem indit; [illegible] in actibus prauis retardat animum [illegible] in bonis. Verecundiam autem significat rubor genarum. [illegible] Polychronius hic. [illegible] Sponsam pudore exornat. Rubræ enim sunt Turturis genæ.] Color vtique maximè laudatus in mulieribus. Pythias namque Aristotelis filia rogata, quis pulcherrimus color esset? Is, inquit, quem ingenuis gignit pudor.] Gignit autem & ipse ruborem. Cicer. lib. 4. [illegible] Tusculan. Pudorem rubor, terrorem pallor consequitur.] Ex Arist. vtique lib. 4. moral. cap. 9. Rubescunt qui pudore afficiuntur; qui mortem timent, pallent.] Quocirca rectè Cato, ex Plutarch. dicebat. [illegible] Sibi magis placere iuuenes, qui rubescerent, quàm qui pallescerent.] Quod illud esset animi ingenui. Laudis itaque sponsæ est, genas eius sicut Turturis esse. Origen. hom. 1. Genæ tuæ vt turturis. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur. Pulchritudo quippe mulierum in genis dicitur esse quamplurima.] Pulchritudo autem Virginis, in genis elucens, Verecūdia est. Diogenes ex Laert. [illegible] Videns adolescentulum rubore perfusum, bono inquit animo esto; eiusmodi est virtutis color.] Nam, vt optimè Cic. de partit. Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens.] Quocirca iure summa laus sponsæ fuit, eam decantasse verecundiam. Siquidem dicebat Demades, vt refert Plutarch. in præcept. connub. [illegible] Pudorem in muliere, esse pulchritudinis arcem.] Tum quia pulchritudinem animi tuetur, & seruat: tum quia, ipsa verecundia summa virtus est. S. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 18. Pulchra virtus verecundia, & suauis gratia.] Quia inquit Sapiens, *Gratia super gratiam, mulier sancta, & pudorata.* Græco [illegible]. Verecunda. Gratiam sanctitati addit verecundia, & pudor. Multum, inquit S. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 18. verecundia placet, multum conciliat gratiæ.] *Gratia super gratiam* pudor est, summa gratia, arx gratiarum. Hanc autem gratiam in Virgine fuisse, explicat S. Ambros. lib. 2. de offic. cap. 18. Est verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Hic primus in ipso cognitionis ingressu Dominū Matrem cōmendat legentibus, & tamquam testis locuples dignam, quæ ad tale munus eligeretur, adstruit: Quòd in cubiculo, quòd sola, quòd salutata ab Angelo tacuit, & mota est introitu eius: quòd ad virilis sexus speciem peregrinam, turbatur aspectus Virginis. Itaque quamuis esset humilis, præ verecundia tamen non resalutauit, nec vllum responsum retulit, nisi vbi de suscipienda Domini generatione cognouit.] Ex alio etiam sacræ Virginis facto, eius liquet Verecundia. Peruenit in domum Zachariæ, vbi erat Elisabet. *Mansit autem Maria cum illa,* inquit S. Lucas, *quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Sed quando, & quorsum? quia subdit Euangelista. *Elisabet impletum est tempus pariendi.* Quia cognata sua paritura erat, abscedit Virgo, vt cœtum, turbamque eorum, qui læta congratulationis officia exhibituri erant, declinaret. Ac etiam ne partui, licèt sanctæ Elisabet, interesset. Sed fortasse ad laudes eius à sponso decantatas, cum responderet ei, ac diceret, *O pulcherrima inter mulieres*; ipsa vtpote uerecunda, rubore suffusa, vultum mutauit: & pulchrior effecta ipsa verecundia, sponsus subintulerit eius laudes, dixeritque *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Idq. fortasse sensit Orig. hom. 1. cum dicit. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur.] Ipsa nimirum sponsa. Ita contigisse Chramidi, cum de temperantia laudaretur à Socrate, fatetur Plat. in Charm. Tunc ipsius Charmidis

Eccles. 26. 19.

Luc. 1.

Luc. 1.

dis genæ rubore suffusæ gratiorem speciem ostenderunt. Græc. ἐρυθριάσας ὁ Χαρμίδης, ἐφάνη τε μοι ἔτι καλλίων ἐφάνη. Charmides rubore suffusus, tum primum adhuc pulchriorem se ostendit.]

XXXVIII. Pag. 8. ὀκλάζειν τὸν αὐχένα.] Perstat in translatione equæ, & eam à collo, & ceruice laudat, ut ea pore quæ non recto elatoque collo incederet, sed instar monilium ceruicem inflecteret. Xenophi. lib. de re equestri. οὐ γὰρ ἐγχαλινοῦνται, ἀλλ᾽ ἐκτείνοντες τὸν τράχηλον, καὶ τὴν κεφαλὴν βιάζεσθαι ἐπιχειροῦσι. Detrectant enim alterius imperium equi, qui caput, & collum non inflectunt, sed extendunt.] Quod elationis, & superbiæ signum est. Nonn. Dion. λζ. ἐς δ᾽ ἵππον αὐχένι ἀερθείς. At ille in ceruicem superbificè erectus.] Claudian. epigram. de Phaleris equi Honorii. O quantum, formæ sibi conscius, erigit armos, Spergit, & excussis colla superba iubis?] Et de equo Honorii. Accipe regales cultus, & crine superbus Erecto, virides spumis perfunde smaragdos.] Et idcirco in sacris litteris erecto collo incedere superbiam, contumaciam, fastumque arrogantem significat. Et præsertim in mulieribus. Esaias. *Eleuatæ sunt filiæ Hierusalem, & ambulauerunt extento collo.* Ubi Chrysostom. Cardinem omnis mali, summamque eis impingit, nempe vitam flagitiosam, ac superbiam. Et quidem hoc in nullo non sexu graue esse deprehenditur: maximè si quando se inserit naturæ muliebri. Mulier enim mirè turget redundanti fastu, atque pertinaciæ & leui ex causa vacillat, & in errorem inducitur, submergitur, ac patitur naufragium instigante quouis maligno spiritu, nempe fastu, superbiaue eam demergente. *Et ambulauerunt elato collo.* Hic quoque easdem perstringit, ac fastum muliebrem omnibus reddit conspicuum; quando earum elatio nequit in sola cogitatione se continere, sed in publicum erumpit, per corporis motus se ostentans.] Quocirca Antisthenes notans fastum arrogantiamque Platonis, ait Diogen. πομπῆς γινομένης, ἵππον θεασάμενος φρυακτὴν· φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα, ὡς ἐδόκει μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. Quum pompa fieret, iactabundam equam fastu turgidam hinnientemque conspiciens, ad Platonem conuersus: Tu, inquit, meo iudicio, præclara es equa.] Ab hoc fastu longè aberat sponsa Christi, quæ mater, electa, & effecta Dei, Ancillam se Domini vocitari, dicens, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Non ego qua fastu turgida sum, non erecto collo incedo, non sternax, contumax, & inobsequens. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Mihi flectere quò auriga, quò eques ipse voluerit, obsequar voluntati eius: non repugnabo eius imperata. Ut interim dicat sponsus, *Collum tuum sicut monilia.*] S. Ambros. lib. de Isaac cap. 4. Laudatur quod ceruicem sibi, illuminante præcepto, iam speciosa, iam pulchra fit: quæ vultu præfert castitatis decorem, & redimicula ceruicis attollat, in quibus sunt patientiæ, & humilitatis insignia.] Est monile, equorum insigne, quod è collo ad pectus pendet. Virgil. lib. 7. Æneid. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Aurea pectoribus demissa monilia pendent.] Claudian. de equo Honorii. Luxurient tumido gemmata monilia collo, Nobiles auratos iam purpura vestiat armos.] Idque reuera significat vox hebræa חרוזים *Charuzim*, quam LXX. reddiderunt ὁρμίσκοι, Charuzim enim sunt margaritæ perforatæ, filoque colligatæ, seu, vt inquit R. Dauid, & Ben Hezra, contexta margaritarum series. Idque etiam ὁρμίσκοι significat. Nam Theocritus Idyll. κα. inter piscatorum instrumenta ὁρμιὰς recenset. — τοὶ καλάθισκοι, Τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντα τε λῆδα, Ὁρμιαί, κύρτοι τε, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι. Flexibiles calathi, calamique, hamique tenaces, Funiculi in spiras contorti, & retia spumis Humida, fallaces è viminibus labyrinthi.] Schol. ὁρμιαὶ δὲ αἱ τῶν ἀγκίστρων σχοῖνοι, ἐκ σχοινῶν λαβύρινθοι. ἀμφίβληστρα. Hormiæ sunt funiculi ex setis equinis hamorum. Ex funiculis autem labyrinthi formantur. Quæ omnia, retia describunt.] Cum itaque moni-

Esai. 3. 16.

Luc. 1.

monile, sit distinctis auro lapillis, ac margaritis numerosa compago, filo contexta: ὁρμίσκον meritò illud nominarunt Greci. Ita etiam LXX. appellarunt Armillam, quam Iudas dedit Thamar nuri suæ, τὸν ὁρμίσκον, monile. hebr. פתיל Phethil, torulus, ligula ex multiplicibus filis contorta, cui aliquid aliud alligatur, torques. ὁρμίσκοι enim erat torulus, seu torques margaritarum. Theophrastus libr. de lapidibus. τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει· ποιοῦσι δὲ ἐξ αὐτοῦ τοὺς πολυτελεῖς ὅρμους. Inter lapides, quos miramur, est profectò margarita, natura pellucida, ex qua pretiosa monilia fiunt.] Clarius id Chares Mitylenes libr. 7. histor. Alexandr. apud Athenæum libr. 3 deipnos. ...... καλοῦσι μαργαρίτην· καλλωπίζονται δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκοις τε, καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας· περὶ ἃ σπουδάζουσιν οἱ Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ πάντες Ασιανοὶ, πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων. Ossa alba in India, & Armenia, margaritas appellant, è quibus fiunt monilia, & armillæ brachiorum, pedumque ornamenta, quæ apud Persas, Medos, & Asiaticos omnes pluris æstimantur, quàm ea, quæ ex auro conficiuntur.] Ex quibus liquet monilia fieri tum ex auro, tum ex margaritis, quod & fatetur Ammian. Marcell. libr. 23. in fin. agens de Persarum institutis. Armillis vti, monilibusque aureis, & gemmis præcipuè margaritis, quibus abundant, assuefacti post Indiam victam, & Croesum.] Ac etiam ψέλλια armillas, esse ornamenta brachiorum: ὁρμίσκους monilia verò colli. Esse autem monile ornatum colli, constat ex oraculo illo Menelao reddito, apud Athen. libr. 6. πάγχρυσον φέρε κόσμον, ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο Δειρῆς, ὅν ποτε Κύπρις ἔδωκ' Ἑλένη μέγα χάρμα· ὥς σοι Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει. Ex auro solidum ornatum, vxoris tuę ceruici detractum affer, quem olim munus gratissimum Helene Venus dedit: sic Alexander poenas tibi pendet grauissimas.] Δειρῆς κόσμον Ornatum colli, quem ipse Athenæus ibidem appellat, τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον Μενελάῳ ἀναθέντος Helenæ torquem, à Menelao dicatum.] Et Xenophon libr. 1. ἀναβάσ. tradit Persas nobiliores gestasse στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν. Torques collo, & armillas manibus.] Hoc autem insigne erat nedum virorum, & mulierum, sed etiam equorum. Festus, Monile dictum est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylem fabulæ ferunt. Ex eo etiam equis prępendens à collo ornamentum, monile appellatur.] Hoc autem monile Eriphyles Pausanias libr. 9. in fin. appellat ὅρμον· ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐστὶν ἀρχαῖον· ἀνακεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα λέγουσιν ὅρμον, Ἁρμονίᾳ μὲν δοθέντα ἐξ ἀρχῆς, καλούμενον δὲ Ἐριφύλης· ὅτι αὐτὴ δῶρον ἔλαβεν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. Est in Cypro vrbs Amathus: in ea Adonidis, & Veneris fanum vetustissimum, in quo positum tradunt monile Harmonię ab initio datum, quod tamen Eriphyles vocatur, quod hoc illa accepto, virum suum prodiderit.] Qualenam autem monile illud in Amathūtho fuerit, describit. ἐν Ἀμαθοῦντι μὲν γάρ ἐστι λίθων χλωρῶν συνδέοντος χρυσοῦ σφᾶς ὁ ὅρμος. In Amathunto quidē est monile, è viridibus lapidibus auro reuinctum.] Hoc verò olim sub terra cum equis recōditum, tradit ex oraculo Athen. libr. 6. Alcmæoni reddito. Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις. Quod olim mater Amphiaraum cum equis sub terra occuluit.] Huic ergo monili comparat collum sponsæ, comparatè ex Matthæi sententia ad collum equi, non elatum, & protensum: sed instar monilis inflexum. Ac ita ceruicem, collumque laude dignum describit Plinius libr. 11. cap. 37. Ceruix è multis, vertebratisq. orbiculatim ossibus, flexilis ad circūspectum.] Equi autem probati, non recto, elatoque collo debent incedere, sed lunato, arcuato: depressoq. capite. Stat. libr. 6. --- Et torta iubarum.] Euseb. à Meurs. imp. τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι· κυκλοτερὴς ὡς ἵππου, καὶ ἐπικαμπής. Collum tuum sicut monilia. Nimirum orbiculatum, & flexum vt equi collum.] Notat autem Origenes collum sponsæ non habere monilia, sed esse instar

star

ftar monilium hom. 1. in Cant. Vt ornamentum, quod virginum collo pendere, & nuncupatur ὁρμίσκος. Ita fine hoc decore & tuum ipsum collum est ornamentum.] Non indigebat sponsa externo ornatu, & adscititio cultu, quæ satis suo virtutum ornamento, suaque innata forma exornabatur. Didymus: μονονουχὶ λέγων ὁ τράχηλός σου οὐχ ὁρμίσκος περίκειται: Pęne dicens, collum tuum non est monilie circundatum.] Non indigebat sponsa vnionibus, neque margaritis, vt oculos aliorum traheret, & cum foras prodiret, omnes ei locum darent. Ea enim ratione mulieres vniones ferunt. Plin. libr. 9. cap. 37. Lictorem fœminę, in publico vnionem esse dictantes.] Quia lictorum erat summouere turbam. Damnat hæc ipse Plinius licèt gentilis libr. 9. cap. 35. Sed quota hæc portio est reputantibus purpuras, conchylia, margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totoque corpore à fœminis iuxta, virisque gestarentur. Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiam vestiamur. Adeo per totum corpus, animæ hominis periculo quæsita maximè placent.] Aliter S. Cyprianus, eruditiori, copiosiorique dictione libr. de Disciplina, & habit. Virgin. Clamat etiam Spiritu Sancto plenus Esaias, & filias Sion auro, & argento corruptas increpat: Exaltatæ sunt, ait, filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo. Exaltatæ ceciderunt: Comptæ, turpitudinem, fœditatemque meruerunt. Sericum, & purpuram indutæ, Christum induere non possunt. Auro, margaritis, ac monilibus adornatæ, ornamenta cordis, ac pectoris perdiderunt. Quanta dementia id velle, quod & nocuerit semper, & noceat: Et putare inde ipsa non pereas, vnde alios periisse cognoscas? Neque enim distinctis auro lapillis, & margaritis contexta serie, & numerosa compage digestis, monilia Dominus instituit, quibus ceruicem, quam fecit, absconderes: vt operiatur id, quod Deus in homine formauit, & conspiciatur id desuper, quod diabolus adinuenit. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est

Esa. 3. 16.

ista diuini operis, præuaricatio est veritatis.] Non abscondebat sponsa fucato torque ceruicem, non aureo monili sibi decorem mendicabat inducere. Ideo sponsus, collum, non colli ornamenta, laudat: vtpote quòd potius ipsi ornatu ornamento foret, & ait: *Collum tuum sicut monile.* Flexibile est in orbem vt monile flectitur, & dum flectitur, monilis decorem representat Didym. τράχηλος δὲ νοεῖται τὸ ὑποτακτικὸν τῆς ψυχῆς τὸ φέρον τοῦ κυρίου ζυγόν. Collũ sanè animi significat obsequium, quo Domini iugum fertur.] Obsequebatur autem semper Sancta Virgo aurigæ collum, quò ille volebat demittebat. Et quamuis non coerceretur à lege. tamen, legis iugum iugiter ferebat: Immo ei etiam, qua non tenebatur, legi obsequitur, & paret. Purificationis lege non tenebatur, dicente: *Mulier si suscepto semine pepererit masculum.* At ipsa licèt masculum peperisset, minimè tamen suscepto semine, sed virtute altissimi obumbrante. Voluit nihilominus in iugum illud etiam collum submittere. Licèt ex illa oblatione à populo, sacrosancti mysterii ignaro, in discrimen verti posset illibata eius puritas. Eamque ex viri consortio, vt & ceteræ mulieres concepisse, virginitate amissa, existimari. Potius itaque hanc elegit obseruare legem, quàm illam euitare opinionem.

Leu. 12. 2

℣. 10. Similitudines auri, &c.

XXXIX. Pag. 9. Similitudines.] Vulgat. *Murenulas.* Quas S. Hieron. ep. 15. ad Marcell. explicat. Aurum colli sui, quod quidem Murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosa catena contexitur.] Idem tamen S. Heronym. lib. 1. aduer. Iouin. legit, Similitudines auri faciemus tibi, cum distinctionibus argenti.] Item S. Ambr. in Ps. 118. ser. 3. & S. Aug. lib. 1. de Trin. ca. 8. Has similitudines, figuras sacrosanctæ Virginis, Matthæus explicat. Cum aliis ornamentis nequeamus sponsam ob ingentem suam pulchritudinem exornare, figuris eam celebramus, quę licèt aurum

non

non sint, aurum tamen repræsentant; Solidam, expressamque eius effigiem cum nequeamus effingere, vmbris, & imaginibus eam decorare conamur. Ita Plin. libr. 25. cap. 2. refert Metrodorum, Dionysium, aliosque spectatos, eruditosq. viros, sępius tentasse florum, herbarumque naturas, ac vires verbis exprimere. at rei difficultate victos, sententiam mutasse, & ait: Pinxere effigies herbarum, atque ita subscripsere effectus: sed ea ratione, qua nihil pene aliud, quàm rei difficultas intelligatur.] Ita hisce vmbris, pictisque figurarum coloribus, non aliud quàm difficultas eloquendi, veramque sponsæ pulchritudinem exprimendi, exprimitur. Origenes hom. 1. ex duabus: Nos tibi aurea ornamenta facere non possumus, non enim tam diuites sumus.] Quid enim tibi dabimus; cum multæ filię congregauerunt diuitias, & *Tu supergressa es vniuersas?* Eusebius per similitudines, ornamenta intelligit equorum, quò in allata persistat metaphora: ... φησίν, φάλαρα, lego τὰ φάλαρα ... τὰς ... μορφὴν ... Circundabimus, inquiunt, te phaleris ex auro formatis, quæ vultum decorant equæ.] Philo Carphat. ep. hæc ipsa verba sponsæ Ecclesiæ dicta, interpretatur. Similitudines auri faciemus tibi, cum stigmatibus argenti. ὁμοιώματα χρυσίου, οἱ ὁμοίως χρυσίῳ ἐν πυρὶ δοκιμασθέντες μάρτυρες. Similitudines auri Martyres sunt, qui perinde ac aurum in igne probati sunt.] Hi veluti monile aureum sunt pendentes ab Ecclesiæ collo, quorum vnus S. Paulus est, qui ait. *Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.*

Prouer. 31.

Gal. 9. 17.

℣. 11. Nardus mea, &c.

XL. Pag. 9. v. 11. lin. 1. A. & B. sine vllo sensu. ἑαυτὸν ἀνακτώμενος. lego ἑαυτοῦ ... γενόμενος. Vt ostendat Salomonem fuisse Prophetam, Dei spiritu supra se eleuatum, & diuina conspexisse mysteria. *Fasciculus gutte* Ita etiam vertit S. Hieron. hom. 2. Origen, Est enim σταχτὴ gutta; è myrrha stillans; σταχτὴ dicta ἀπὸ τοῦ στάζειν à stillando. Quocirca S. Hieronym. in eadem hom. 2. vertit etiam fasciculus stillæ. Didym. in psalm. 44. Gutta & ipsa myrrhę tenuissima pars est. Ipsa namque arbor, quę aromatis stacte appellatur, quatenus fluida est in guttam soluitur: quę autem pars crassior remanet myrrha nuncupatur.] Ac Proinde gutta, seu stacte, & liquor à Myrrhæ arbore profluens, distinctus ab ipsa myrrha. Psalm. σμύρνα, καὶ στακτὴ ... *Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis.* An autem liquor ille sua sponte emanet, vel per incisionem eliciatur, in controuersia versatur. Illud sanè certum est, aliquam guttam sponte sua fluere ex ipso myrrhę arbore. Plin. lib. 12. cap. 15. Inciduntur bis & ipsę arbores myrrhę, iisdemque temporibus, sed à radice vsque ad ramos qui valent. Sudant autem sponte, prius quàm incidantur stacten dictam, cui nulla pręfertur.] Stacte ergo pręclara, sudor est arboris; gutta ex se stillans ab arbore, non per incisionem. Quocirca merito stacti sanguinem purissimum sacræ Virginis, comparat Matthęus, ex quo sacrosanctum Christi corpus formatum est: Quia Myrrha sanctissimæ Virginis non fuit incisa, vtpote non ex viri consortio. Dicit insuper Virginem fuisse nomine Guttæ prædicatam. Cum flos ea fuerit, ex radice Iesse prodiens. Quia gutta flos est myrrhæ. S. Hieronymus ad Principiam Virgin. ep. 140. Narrant ii, qui aromatum nouere virtutes, stactem florem esse myrrhæ.] Atque adeo, Christum fasciculum fuisse guttæ, vtpote ex gutta concretum, & formatum constat. Illud tamen notandum fere semper vti similitudinibus è rebus ex Arabia ductis. Plin. libr. 12. capit. 15. Myrrham in iisdem syluis permixta arbore nasci, tradidere aliqui, plures separatim. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur.]

Ps. 44.

℣. 13. Botrus Cypri, &c.

XLI. Pag. 10. vers. 13. ἐν ἱερουσαλὴμ ...] Quid hoc? Nonne in Nazaret ciuitate Galileæ incarnatus est Dei filius? Vtique. Dissertis enim

nim

Luc. 1. 26. nim verbis id asserit S. Lucas. *Missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilaeae, cui nomen Nazaret*. Nonne in Bethlehem ciuitate Dauid natus est?

Matt. 2. 1. Vtique. Ait enim S. Matthaeus: *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iuda*. Quomodo ergo hic dicit ipsum incarnatum, & natum in Hierusalem? Figuratè. Sumit enim Hierusalem pro vniuersa Palestina. Non absimili dictione S. Hieronymus epist. 17. ad Marcellam: Quantos haec vrbs Prophetas, quantos emiserit sanctos viros, longum est recensere, in tribus nominibus, Trinitatis demonstrat fidem: Iebus, Salem, & Hierusalem appellatur. Primum nomen calcata: Secundum pax: Tertium visio pacis. Paulatim quidem peruenimus ad finem, & post conculcationem ad pacis visionem erigimur. Ex quo Salomon, idest, pacificus, in ea natus est, & factus est in pace locus eius.] Καταπεπατημένη pessundatae, calcatae.] Alludit ad primum nomen Hierusalem, quae Iebus, idest calcata ex S. Hieronymo, interpretatur. ἐν Γαδδί.] Separatim A. B. Euseb. Polychron. & Psell. legunt. Hebr. עין גדי *ngben Gheddi*. Et ita legisse Matthaeum liquet ex calce eius scholii, in quo explicat nomen Gaddi. Clarè Psellus ἡ γὰρ ὥς φησι, Γαδδὶ ἀμπελοφόρος οὖσα γῆν πᾶσαν ὑπερήπλασεν εἰς τὴν ἡδυβοτρυΐαν. Terra enim, vt ferunt, Gaddi, viribus abundat, quae suauitate botri, ceteras antecellit omnes.] Eam à fertilitate commendat, & laudat, ac Engadda appellat, Plin. libr. 5. cap. 17. Ab Occidente littora Esseni fugitant, vsquequà nocent: Gens sola, & in toto orbe praeter ceteras mira, sine vlla foemina, sine pecunia. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus, nunc alterum bustum. Inde Massada castellum. & hactenus Iudaea est.] Ex quo Solinus capit. 38. Interiora Iudeae, quae Occidentem contuetur, Essaeni tenent. Nullae ibi foeminae, &c. Engadda oppidum infra Essaenos fuit, sed excisum est: Verùm inclytis nemoribus adhuc durat decus: Lucisque palmarum eminentissimis, nihil vel aeuo, vel bello derogatum. Iudaeae terminus Massada castellum.] At si in Iudaea est Engaddi, quomodo *Botrus Cypri in vineis Engaddi*? Quid Cyprus insula mediterranei maris, cum Engaddi, quae in Iudaea est? Origen. hom. 1. ex quattuor Nyssen. & alii: *Botrus Cypri* explicant non de insula illa, sed vt sit idem Botrus Cypri, ac κυπρίζων βότρυς, Botrus efflorescens. Nam infra dicitur capit. 2. *Vineae florentes*, LXX. ἄμπελοι κυπρίζουσι Vites efflorescunt.] De quibus fortasse vitibus hic loquēs sponsa, appellat sponsum, carum Botrum in vineis Engaddi efflorescentem. Polychronius exponit: ὡραῖον δὴ καὶ κυπρίζοντα βότρυν, Botrum venustè, praeclarèq. efflorescentem.] Alii, Botrum Cypri significare tradunt racemum cuiusdam arboris, quae Cyprus appellatur, & balsamum profert. Vt botrus Cypri, idem sit ac botrus balsami. Tum quia Strabo, & Iosephus asserant in Hiericho balsamum prouenire, & cum Engaddi circa fines Hiericho sit, iurè sub nomine vrbis Hiericho Engaddi etiam comprehenditur. Tum quia ex Theophr. Plinio, Iosepho, & Egesippo, Cyprus arbor quaedam sit aromatica. Qua in re licèt expositio placeat, assumpta tamen displicent. Nec enim video quomodo Engaddi sub nomine vrbis Hiericho cōprehendi possit. Cum Hiericho fuerit tribus Beniamin, vt in libro Iosue traditur: *Haec est* Ios. 18. 21.
possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. Fueruntque ciuitates eius Hiericho, & Beth-Hagla. Engaddi vero in diuersa sit toparchia, & prouincia: nam erat tribus Iudae, vt ex eodem libro liquet: *Erant-* Ios. 15. 62.
que ciuitates filiorum Iuda iuxta terminos, &c In deserto ciuitas salis, & Engaddi. Tum etiam quia longo interuallo aberat Engaddi à Hiericho. nam inter Hiericho, & Engaddi media erat Hierusalem. Et Iosephus libr. 9. antiquitat. capit. 1. ait, Ad Engaddam castramemetantur, trecentis stadiis ab Hierosolimis distans.] De Hiericho vero lib. 5. de bello Iudaic. cap. 4. Distat autem ab Hierosolymis centum quinquaginta stadiis, & ab Iordane stadiis sexaginta.] Cum itaque Hiericho ab Engaddi quadri-

quadringentis quinquaginta stadiis differat, sitque alterius tribus, & alterius Prouinciæ, qui fieri potest, vt sub Hiericho Engaddi comprehendatur? Cyprum etiam esse arborem balsami, siue balsamum ipsum, difficillimè adducor, vt credam: quia illos ipsos allatos auctores distinguunt inter balsamum, & cyprum. Ioseph. libr. 5. de bello Iud. cap. 4. Illa regio opobalsami ferax, qui omnium carissimus est fructus ibi nascentium. Itemque Cyprum, & Myrobalsamum gignit.] Neque exponas ex cypro opobalsamum oriri, nam clarius rem exprimit Hegesipp. libr. 4. cap. 17. Est etiam iuxta Hiericho vrbem fons, quem Iesus Naue, &c. campus eum circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, viginti in latitudinem patens. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas. Illic opobalsamum gignitur. Quod ideo cum adiectione significauimus: quia agricolæ cortice tenus virgulas incidunt, eas, in quibus balsama gignātur, vt per illas cauernas paulatim distillans humor se colligat. Cauerna autem græco nomine ὀπὴ ope dicitur. Illic Cyprum, illic Myrobalsamum nasci ferunt.] Dixisset itaq. cyprus, ex quo opobalsamus oritur, si ea arbor balsamū ferret Plin. etiam lib. 12. cap. 24. Cyprum describit: Cyprus in Aegypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Quidam hanc dicunt arborem, quæ in Italia ligustrum vocetur.] Nihilque de balsamo. capit. vero 25. Sequenti latius, arborem, ex qua balsamum oritur describit. Sed omnibus odoribus præfertur balsamum. Ostendere arbusculam hanc vrbi imperatores. Viti similior est, quàm myrtho. Malleolis seri dicitur, nuper vincta vt vitis: & implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis seipsæ sustinent. Folium proximum rutæ, perpetua coma. Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, suauitatis eximiæ, sed tenui gutta.] Quibus illud addi potest, balsamū non ad instar botri gigni, sed ex corticis incisione. Strab. li. 16. ἱερικοῦς δ' ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι· ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον, καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος· ἔστι δὲ τὸ φυτὸν θαμνῶδες, κυτίσῳ ἐοικὸς καὶ τερμινθῷ, ἀρωματίζον· οὗ τὸν φλοιὸν ἐπιχαράξαντες, ὑπολαμβάνουσιν ἀγγείοις τὸν ὀπόν. Hiericus est planities montibus circundata: ibi regia est, & balsami hortus, quæ planta aromatica est, fruticosa cytoso & Terebintho persimilis: huic corticem scidentes, succum in vasis suscipiunt.] Iul. Solin. c. 38. In solo cortice artifici plaga vulneratur, è qua eximię suauitatis gutta emanat.] Theophrast. libr. 9. histor. plant. cap. 6. Balsamum in valle Syriæ prouenit: colligi lacrymam in caudice, & parte superna tradunt, facta incisura.] Dioscorid. libr. 1. cap. 18. Arbor vnguibus ferreis inciditur, manatque è plaga succus, quem opobalsamum vocant.] Item si arborem balsami & cypri quis inter se conferat, perspicuè colliget, duas diuersas arbores esse. Pausan. libr. 9. μέγεθος μὲν κατὰ μυρσίνης θάμνον τὰ βάλσαμά ἐστι· φύλλα δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν πόαν τὸ σάμψυχον. Sunt balsami arbores myrthi stirpes magnitudine. Folia illis qualia herbæ Amaraco.] Folia autem Amaraci describit Dioscorid. libr. 4. cap. 38. Sampsucum in Cypro, & Cyziceno laudatissimum, Amaracum, gens Sicula, & Cyzicena appellat: herba est ramosa, per terram repens, foliis eius celaminthæ quæ tenui foliorum forma.] idem Dioscor. lib. 5. cap. 18. balsamum esse tradit, folium rutæ proximum, longè candidum, perpetuo virens.] eadem Theoph. lib. 9. hist. plant. cap. 6. rami multi, folium rutæ simile, candidum tamen, perpetuo virens.] Iustin. hist. lib. 36. cap. 2. Arbores opobalsami, formam similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur.] At cum Cyprum arborem Plinius ligustro similem faciat, vel eandem esse tradat, vt lib. 24. cap. 10. Ligustrum eadem arbor est, quę in oriēte Cypros] de ligustro verò Dioscorid. libr. 1. capit. 107. Ligustrum arbor est oleę foliis circum ramos similibus, latioribus, mollioribus, colore viridioribus.] Quis non videat Cyprum nō esse balsamū? Folia balsami candida sūt, ligustri viridia:

ridia:illa minuta rutæ simillima, hæc la-
tiora.Illud tamen non ferendū,quod So-
to Maior vicinitate nominis, Cyprū cum
Cypero cōfudit,cum Cyperus,siue Cy-
pirus herba, non arbor sit: vt latè Pli-
nius libr. 21. capit. 18. Cornel. Cels.
libr. 3. capit. 21. Costus, iunci qua-
drati, & rotundi semen: illud Cype-
ron, χύπερον hoc Græci vocant.] Quid
ergo in hac difficillima re dicendum?
Primò Botrum Cypri, vtique Botrum
balsami significare posse. Non quòd
Cyprus arbor balsami sit: sed quia cum
arbores balsami in vinearum morem
excolantur, & veluti vites sint; meritò
translatione à vite ducta, fructus balsa-
mi Botrus appellari poterit, sicut vitis
fructus, vua. Nec ab Engaddi loco ab-
horret expositio. Nam Ioseph. libr.
9. Antiquitat. capit. 1. καταστρατεύον-
ται πρὸς Ενγαδδὶ πόλιν κειμένην πρὸς
τῇ ἀσφαλτίδι λίμνῃ τριακοσίους ἀπέχουσαν
σαδίους τῶν Ιεροσολύμων· γεννᾶται ἐν αὐ-
τῇ φοίνιξ ὁ κάλλιστος, καὶ ὀποβάλσαμον.
Castrametantur ad Engaddi Vrbem,
Asphaltitidi lacui vicinam, trecentis sta-
dijs à Hierosolymis dissitam. In ea e-
gregia palmeta, & opobalsamum pro-
gignuntur.] Et Diodor. Sicul. lib. 19.
Bibliothec. agens de Asphaltitide lacu,
ait. Est autem bonus eius tractus palmi-
fer. Gignitur apud ea loca in valle qua-
dam id, quod vocatur balsamum.] En-
gaddi pene describens, quæ penes As-
phaltitidem est. S. Hier. qq. in Genes.
cap. 14. Sedentem in Hazazon thamar.
Hoc oppidum est, quod nunc voca-
tur Engaddi, balsami, & palmarum fer-
tile.] Idem in capit. 47. Ezechie-
lis. Intrant mare orientale, mare vi-
delicet mortuum, quod græcè λίμνη
Stagnum bituminis, appellatur. Engallim
in principio est maris mortui, vbi Iorda-
nis ingreditur. Engaddi verò vbi finitur,
atque consumitur.] Sed cur Cypri Bo-
trus dicatur, hæc difficultas est, & inex-
plicabilis pene, vndiq. tricis obuoluta, &
intexta. At si mihi fas erit, quæ è re nata
sentiam, aperire. dicam hic nihil aliud vo-
luisse significare Salomonem, quàm locū
botri, quem postea explicans subdit, *In*
vineis Engaddi. Idq. elicio ex verbo he-
bræo הכפר *Hacopher*. Quod LXX. nunc
Pagum; nunc Villam interpretati sunt.
Ezech. *Negotiatores Tharsis & oēs leones* Ezec.
eius. Hebr. וכל כפיריה. LXX. καὶ πᾶσαι 38. 13.
αἱ κῶμαι αὐτῶν, Et omnes uillæ eius. in lib.
Reg. *Ab Vrbe murata usq. ad villam, quæ* 1. Reg.
erat absq. muro. Hebr. כפר הפרזי. LXX. 6. 18.
ἕως κώμης τοῦ Φερεζαίου, Vsq. ad villam Phe-
rezei. vt κώμην siue כפר, Sit villa absq. mu-
ro. Immo & in eodem libr. Cant. in ea-
dem significatione reperitur. *Commore-*
mur in villis. נלינה בכפרים *Nalina bake-*
pharim. LXX. αὐλισθῶμεν ἐν κώμαις,
Commoremur in villis. In villis, inquam,
in quibus vineæ sint. nam sequitur: *Mane*
surgamus ad vineas, videamus si floruit Cant. 7
vinea. כפר Itaq. Pagum, Vicum, Villam 11.
apertam, non muro circundatam, in qua
sint vineæ significat. Ac proinde cum di-
cat Salomon Botrus הכפר, Significat bo-
trum apertæ villæ in vineis Engaddi, vti
sunt vineæ Engaddi, vt botrum non cu-
iuslibet villæ appellet, sed eius in qua vi-
neę sūt Engaddi. Vt כפר *Copher* uilla, uic°
pagū regionis Engaddi appelletur. Cui
vocabulo adstipulatur S. Hier. de loc. heb.
Vocatur autem usque hodie Vicus præ-
grandis Iudæorum Engaddi, iuxta mare
mortuum, unde & opobalsamum uenit.
Quas uineas Engaddi Salomō nūcupat]
Habuisse autem Engaddi Villas. Liquet
ex lib. Iosue. *In deserto Betharaba, Med-* Ios. 15.
din, &c. & Engaddi ciuitates sex, & villæ 61.
earum. At uiget difficultas quid sibi vo-
luerint, LXX. reddentes τοῦ Κύπρου. Si di-
uinari licet, crediderim fortasse LXX.
Ipsammet vocem hebræam grecis ex-
pressisse litteris, non eam interpre-
tatos; cum ob multiplicem vocis signi-
ficationem. Tum vt significarent se in-
tellexisse nomen potius esse loci cu-
iusdam, quàm arboris, neque id no-
uum, ne dum in ceteris vocibus, verum
etiam in hac ipsa voce כפר *Copher* quàm
alibi etiam græcis descripsere litteris. Io-
sue *Villa emona*. heb. וכפר העמוני *Vecco-* Ios. 18.
pher Hangamonai. LXX. καὶ καραφὰ, καὶ 24.
κεφιρὰ, καὶ μονὶ. *Et carapha, & cephira,*
& moni. duo autem priora nomina non
diuersa esse puto, sed duas lectiones va-
rias, & pro vna ambas in textum irrepsis-
se. Esdr. *Scyphi aurei*. heb. כפורי *Chephure* 2. Esdr.
LXX. κεφουρῆς *Cephures* Itaq. dicendū for- 1.
tasse hic etiam LXX. hebraicam vo-

cem

cem græcis litteris repræsentasse כפר Κυπρου, Vt sæpius in hoc eodem libro, *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis*. hebr. לתלפיות. LXX. θαλφιώθ in Thalphioth. infra, *Caput eius aurum optimum*. hebr. כתם פז *Chethem paz* LXX. Κεφαζ. *Manus eius aureæ plenæ Hyacinthis*. hebr. תרשיש LXX. θαρσεις. & *Vinea fui pacifico, in ea, quæ habet populos*. heb. בבעל חמון Lxx. βεελαμων *Bebelamon*. Neq. vis aliqua faciẽda in vocalibus, quòd non cypros sed Copher: quia sat est litteras, quas radicales uocant, reperiri. Vt ex allatis etiam exemplis constat; Lxx. nõ sẽper reddidisse græcè hæbreas voces eisdem litteris, quibus hodie constant. Eorum enim tempore sine punctis, quibus nunc vocalium vice vtuntur hebræi, scribebantur. Firmantur etiam hæc, auctoritate R. Abra. qui Hacophen, dicit esse nomen loci in quo talis botrus reperiebatur. Botrus itaque à sponsa sponsus appellatur, quia botri succus sanguis nũcupatur in sacris litteris: *Et sanguinem vuuæ biberet*. Androcydes etiam sapientia clarus, ad Alexandrum magnum scripsit, vt ait Plin. lib. 14 c. 5. Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinẽ terræ.] Et spõsus Christus sanguinem sudauit in horto, sanguinẽ effudit in cruce, vt iure, *spõsus sanguinum* vocari posit. Sanguine autem suo redemptionis pretium soluit pro nobis. Et ex hebræo verti potest, loco *Botrus cypri*, Botrus redemptionis, propitiationis: quia כפר *Chopher* redemptionem propitiationem, redemptionisque pretium significat. Psalm. *Et pretium redemptionis animæ suæ*. hebr. כפרו *Capheto*. Exod. *Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua, quicquid fuerit postulatus*. Hebr. כפר *Copher*. LXX. λύτρα Pretium redemptionis. Vt verè Botrus Copher fuerit sponsus Christus, cuius sanguine nostræ redemptionis pretia soluta sunt: *Factus propitiatio pro peccatis nostris*. Quod si Cineas mirum vini gustum celebrans, de vite dixit legato Regis Pyrrhi, vt refert Plinius libr. 14. capit. 1. Meritò matrem eius pendere in tam alta Cruce.] Ita & nos expendentes pretium magnum pro nostra salute solutum, & pariter pacificata omnia siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, Orbemque vniuersum hoc sanguine redemptum. Meritò, dicere possumus, sponsum pendere in tam alta cruce, in quam eleuatus omnia traxit ad se. Ita pariter & nos cũ sanguinis eius mirum gustum in calice gustamus: omne delectamẽtum in se habere sentimus: ingentiaque miracula patrata conspicimus; vtique dicere possumus: meritò Christum in tam alta cruce pendere. Sed Botrus est sponsus, qui nisi prematur, liquorem non emittit. *Ego veni*, inquit Christus, *vt vitam habeant*. Verùm alibi: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Dentibus carnem, gutture sanguinem premere necesse est, qui vitę humorem vult attrahere. Emorroissa illa nunquam ad Christum accessit, vt salutem consequeretur, nisi cum à turbis Christus comprimeretur: tunc accessit, tunc tetigit fimbriam vestimenti eius, hausura solo tactu preclarum Botri liquorem ex compressione conspersum. Idq. sentiens *Iesus dixit, quis est qui me tetigit? Dixit Petrus: turba te comprimunt, & affligunt, & dicis quis me tetigit? Et dixit Iesus tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem ex me exijsse*. Cum comprimeretur exibat virtus. *Et quot quot eum tangebant, salui fiebant, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes*. Tangendus est Christus. Non secus ac cum tactu res, quę tangitur, animus Christo copulandus est, qui vim virtutis eius percipere auet. Botrus est sponsus, sed Villę. Hoc magis eum commendat, hoc magis allicit ad eius amorem animum. Non stipatus militibus. Non intra cancellos, & vela. Non intra septa conditus. Non obstrepera nobilium turba vallatus. Non muris adamantina firmitate circundatus. Non portis ferreis obsitus, in regia inclusus. In Villis degit, quò facilior sit omnium aditus, in villis apertis, ad quas vndique ingredi potest. *Transite ad me omnes*, ipse clamat, ipse aduocat gentes, *Qui concupiscitis me, & à generationibus*

Cantic. 4. 4. Cant. 5. 11. Cant. 5. 14. Cantic. 8. 11. Deuter. 42. Exod. 4. Psal. 48 9. Exod. 21. 30. Colos. 1. 20. Ioann. 10. 10. Ioann. 6. 53. Luc. 8. 42. Luc. 6. 19. Eccli. 24. 26.

nibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis. Transeat, qui botri dulcedinem gustare cupit. Transeat, quia nec sepes, nec murus est vllus. trāseat, quia velut in via, per quam transitur, commoratur sponsus. Non est tibi laborandum, vt accedas, aperta est via. Non defatigabis, vt adytus tibi pateat. Transeat quiuis volet. Liberè accedat, dum in villis est sponsus. Non enim in maiestate nimia est, vt retardet, reuocetque animos, quò minus accedant, sicut de Alexādro scribit Philarch. apud Athen. libr. 12. τοιούτον δὲ ὄντων καὶ τῶν φίλων, καὶ τῶν τεθεραπευόντων, οὐδεὶς ἐτόλμα προσαγορεύεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοιοῦτον ἐγεγόνει τὸ περὶ αὐτὸν ἀξίωμα. Ad Alexandrum tot amicis, famulisque septum, nemo audebat accedere. Adeo ingens eius erat Maiestas.] Est autem Botrus non cuiuscunque villæ, sed in vineis Engaddi. Sanctus Hieronymus de locis hebr. Engaddi in tribu Iuda, vbi absconditus est Dauid, in solitudine.] Verùm locus ille in quo absconditus est Dauid, licèt à vulgata coniunctim Engaddi appelletur. *Habitauit* inquit, *Dauid in locis tutissimis Engaddi.* Tamen à LXX. disiunctim legitur ἐν τοῖς στενοῖς Γαδδί. In angustiis Gaddi.] Angustus locus, tutissimus est. *Coangustatum est stratum ita vt alter decidat.* Cum solus Deus in corde est, nec exterus alter admittitur, locus cordis tutissimus redditur. Et ibi habitat, domicilium que figit Deus.

1.Reg. 24. 1.

Es. 28. 20.

℣. 14. Ecce pulchra.

XLIII. Pag. 10. v. 14. Ecce pulchra, sine verbo substantiuo. ἢ non εἶ, vt consentiunt A. & B. Origen. ex S. Hieron. interpretatione ho. 2. Ecce speciosa proxima mea. Ecce speciosa.] & ita etiam heb. הנך יפה *Hinnac Iapha* ecce tu pulchra. πλησίον proxima, propinqua. Origen. sponsa si longe fuerit à sponso, non est speciosa. incipit quidem esse speciosa, ex eo quod proxima mihi est.] & ne dum speciosa, sed bis speciosa. Euseb. ἐπειδὴ πλησίον μου γέγονας, καλὴ εἶ· δὶς δὲ εἶπε καλή, ἵνα εἴπῃ ἔσωθεν τε καὶ ἔξωθεν. ἐν πράξει καὶ θεωρίᾳ. Quia proxima mea effecta es, ideo pulchra es. Bis autem pulchram appellauit, vt significaret eam pulchram internè, & externè. actione, & contemplatione.] Vndiq. se pulchram demonstrabat. Oculi tui περιστεραί. columbæ, in recto. Ita A. & B. LXX. Vatic. Polychronius, Psellus. Vt oculi ipsi sint columbæ, non instar columbæ, quia toti puri, nitidi, compti. Theodoret. Non ait sicut ipsius columbæ, sed sicut ipsæ columbæ, idest spirituales, diuina gratia pleni, ab omni caligine liberi.] Origenes ex interpretatione Sancti Hieronymi. Oculi tui sicut columbæ sunt.] Quibus verbis sponsus cognitionem laudat sponsæ, cum enim supra commendasset, vt se cognosceret: videns nunc sponsam sponsus sua tenuisse præcepta, & obseruasse, eam à cogitione laudat. Polychronius. διπλασιάζει τῆς νύμφης ὁ νυμφίος τὸν ἔπαινον. τό τε θεωρητικὸν αὐτῆς καὶ τὸ πρακτικὸν ἐπαινῶν· ὀφθαλμοὺς δὲ, τοὺς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν φησὶ. καὶ περιστεραὶ. τὸ διορατικὸν. Iterat sponsus sponsæ laudes. Et contemplandi agendiq. eius vim laudat. per oculos quidem, mentem ac cor intelligens: per columbam verò intelligendi perspicaciam.] De columba enim Plin. lib. 10. c. 36. Columbis inest quiddam & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemque dispositam.] Cum itaque sponsa dispositam varietatem suarum virtutum, animaque pulchritudinem percepisset, hac laude à sponso ornatur: *Oculi tui columbæ.* Origen. ho. 2. Qui habet oculos columbæ videt recta & misericordiam promeretur. Porrò quis videt recta, nisi qui casto conspectu, & puris intuetur oculis?] Ideo Matthæus, quæ ihi oculis nihil habent iniquitatis, sed omnia pura, omnia decora cōposita.] Et nunc cum spōsa oculos habuit columbæ, tunc vidit, tunc perspexit decorem sponsi. Euseb. ὅτι ἔσχε καλοὺς ὀφθαλμοὺς, τότε εἶδε τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος. Tunc, cum oculos pulchros habuit, pulchritudinem perspexit sponsi.]

℣. 15.

℣. 15. Ecce, &c.

XLIII. Pag. 10. verſ. 15. ὐχ ὡς ἀγνοῶν] Ex his verbis eum legiſſe fortaſſe videri poteſt, εἰ, ſi: non ἐς, Es. Sicuti etiam habet Euſeb. & Polych. imp. à Meurſ. niſi fortè adſit mendum.. Tamen cum A. & B. legat ἐς: cum LXX. Vat. & Orig. hom. 2. Hanc lectionem ſeruaui. Pſell. ἰδὺ φησι, καὶ σὺ καλὸς τυγχάνεις ὦ νυμφίε. ὥσπερ ἐκεῖνος εἴρηκε διπλῦς αὐτὴν ἐπαίνους· ὕτω διπλῦς αὐτείρηκεν ἐκείνη τοὺς ἐπαίνυς. Ecce, inquit, tu pulcher es o ſponſe. Vt enim ille bis pulchram appellauerat ſponſam. Ita & ſponſa vicem reddens, bis pulchrum appellat ſponſum.] Quò ſe laudatam oſtendat, ab eo, quem ipſa iure poſſet laudare. Merentem autem laudare, inquit Sen. ep. 102. iuſtitia eſt.] Nam Plato in Lache. Optima laus eſt ea, quæ à viris laude dignis tribuitur, qui in eiſdem laudandi & ipſi ſunt, in quibus aliquem laudant.] Meritò itaque cum ſponſa à probato, laudeque digno viro ſponſo, de pulchritudine laudaretur, de pulchritudine etiam ipſum laudat ſponſum, ac dicit: *Ecce tu pulcher*. Sed magno cum diſcrimine inquit Origenes hom. 2. Nam ſponſus, quando loquitur ad eam, Ecce ſpecioſa, adiungit, & proxima mea; Illa tantum, ecce ſpecioſus. redditque rationem, nam ſponſa, inquit, ſi longè fuerit à ſponſo non eſt ſpecioſa. Et meritò nunc docetur à ſponſo, vt proxima ſit, & à ſuo latere non recedat.] At ſponſus quia ex ſe, & natura ſua eſt ſpecioſus forma præ filiis hominum, abſolutè, pulcher aſſeritur. Regina verò ex eo quod aſtat à deſtris ſpóſi, veſtita eſt deaurato ornatu, & circumdata varietate. Stellæ enim lumen ſuum à ſolis propinquitate mutuantur. Origen. hom. 3. Amica, ſeu proxima ſpecioſa dicitur, ex ipſo ſponſo ſine dubio ſplendorem ac-
Ezech. 16. cipiens.] Ezech. *Facta es mihi ſponſa & decora facta es vehementer nimis.* Sponſus bis protulerat Καλὴ. At ſponſa ſemel Καλὴ, deinde ὡραῖος, augens orationem: non modo tu pulcher es, ſed etiam formoſus, venuſtus, totus decorus. Philo. Καλὸς ἐν νόμῳ, ὡραῖος ἐν εὐαγγελίοις· καλὸς ἐν προφήταις, ὡραῖος ἐν ἀποστόλοις. καλὸς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὡραῖος ἐν τοῖς μέλλουσι. Pulcher in lege, ſpecioſus in Euangelio. Pulcher in prophetis, ſpecioſus in Apoſtolis. Pulcher in bonis præſentis ſeculi, Specioſus in bonis futuri.]

XLIIII. Pagin. 11. προσκλίνη ἡμῶν.] Origenes ex interpretatione Sancti Hieronymi homil. 2. Lectus noſter vmbroſus.] Sed paulo poſt, Acclinatio noſtra vmbroſa.] Sanctus Ambroſius libr. de Iſaac capit. 4. & in Pſal. 118. ſerm. 4. Ecce formoſus conſobrinus meus, & quidem pulcher: Acclinatio noſtra opaca.] Opacitate, & vmbra frondium. hebr. רענגה *Rangbarana*. Aquila, εὐθαλὴς floridus. LXX. σύσκιος condenſis arboribus vmbroſus.
Ierem. *Sub omni ligno frondoſo*. hebr. Ier. 3. 6
רען *Rangbanan*. LXX. ὑπὸ ξύλου
κατασκίου Sub omni ligno vmbroſo.]
Ipſe ſponſus, inquit Origenes, ſpecioſus eſt, & vmbroſus.] Non officit oculis ſpecies eius. *Scapulis ſuis obum-* Pſ. 90. 4
brabit ſibi. Spiritus oris noſtri, Chri-
ſtus Dominus, cui diximus, in vmbra tua Thren.
viuemus. Vitam potius ſeruat, & tuetur. 4. 20
At Matthæus, qui hæc ipſa Virgini accomodat, ἡμῶν noſter, exponit, meus. Eamque affert rationem, quia mos eſt Hebræorum numero multitudinis ea efferre, quæ ſingularis ſunt numeri. Ita Sanctus Hieronymus libr. 2. aduerſus Iouinian. Scriptura diuina ſolet & vnum pluraliter, & plura ſingulariter appellare.] Id autem probare libet, quod à Sancto Hieronymo, & Matthæo, vt probatum aſſumitur. Pſalm
Lætetur Iſrael. בעשיו *Benghoſciau*. In- Pſ. 149.
factoribus ſuis. LXX. ἐπὶ τῷ ποιή- 2.
σαντι, *In eum, qui fecit eum*. Eſaia. Eſ. 42. 5
Dominus Deus creans cælos. ונוטהם *Venotbebem*, Et extendentes eos. LXX. καὶ πήξας αὐτὸν; Et firmans eum.
Ezechiel. *In die Kalendarum*. בן־בקאר
תמימים *Benbachar themimim*. Vitulum Eze. 46.
filium bouis immaculatos. LXX. μό- 1.
σχον ἄμωμον. Vitulum immaculatum.
Iudic. *Mortuus eſt Iephte, & ſepultus* Iud. 12.
eſt. בערי *Benghare* In ciuitatibus Ga- 7.
laad. LXX. ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ. In ciuitate ſua. Verùm quamuis peculiaris ſit lectus, tamen reuera noſter, quia nos in

L 2 pace

pace fundat, spes nostra, aduocata nostra, pro nobis Christum exorat.] Lectulus diminutiuè, cum quia angustum erat stratum, & solum sponsum Christum excepit Virgo. Tum etiam, quia iis voculis maior exprimitur amor. Suid. verbo Ευριπίδιον· ἀριστοφάνης· ἐρωτικῶς μιμεῖται φωνήν· οἱ γὰρ ἐρῶντες εἰώθασι τοὺς ἐρωμένους ἐρωτικῶς δι' ὑποκοριστικῶν καλεῖν. Euripidion, cum dicit Aristophanes, imitatur amantium voces. Amatores enim solent quos amant, amanter, diminutiuis nominibus appellare.]

℣. 16. Trabes domorum, &c.

XLV. Pag. 11. vers. 16. Τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον.] Ex cedro Dei domus erat ornata libr. 3. Reg. *Texit quoque domum laquearibus cedrinis. Aedificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus.* Id emulatæ idololatræ gentes, etiam sua fana, & idola, cypresso, & cedro ornabant. Plinius libr. 16. capit. 40. In templo Ephesiæ Dianæ, vtpote cum tota Asia extruente, quadringentis annis peractum fit. Conuenit tectum eius esse è cedrinis tabulis. Valuas esse è cupresso, & iam quadringentis prope annis durare materiam omnem nouæ similem. Cupressus in eas electa, quoniam præter cetera vno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus. Nonnesimulacrum Veionis in arce è cupresso durat, à condita Vrbe quingentesimo quinquagesimo primo anno dicatum? Memorabile & Vticæ templum Apollinis, vbi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita vt positæ fuere prima vrbis eius origine, annis mille centum octoginta octo.] Et lib. 13. cap. 5. Maioris cedri duo genera: Materiæ verò ipsi æternitas. Itaque & simulacra deorum, ex ea factitauerunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aduectus.] Appellat autem eiusmodi arbores ἀειθαλεῖς Matthæus, quia earum folia non decidunt. Plinius libr. 16. capit. 20. Harum generi non decidunt, oleæ, lauro, cupresso.] Et capit. 21. Syluestrium generis folia non decidunt abieti, iunipero, cedro.] Immo paulo post generatim hoc omnibus arboribus id contingere in Aegypto, asserit. Locorum, inquit, tanta vis est, vt circa Memphim Aegypti, & in Elephantine Thebaidis, nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.] Theophrast. libr. 1. hist. plant. cap. 15. Virent ex vrbanis perpetuò, palma, cypressus, cedrus, &c.] S. Am. in Ps. 118. ser. 4. Trabes domorum nostrarum cedri. Lacunaria nostra cupressi. Genus hoc arboris numquam amittit viriditatem suam. Hieme iuxta vere, atque æstate comam pascit, nec diuerso colore mutatur. Solam hanc arborem ventus suo nunquam humore despoliat, sola nunquam veteri exuitur amictu, aut nouo flore vestitur.] Sed fortasse Salomon alludit ad domum suam saltus Libani. De qua scriptum est: *Aedificauit quoque domum saltus Libani. Et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quoque cedrina.* Pagnin. trabes cedrinas.] *Exciderat in columnas: & tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur.* Ex qua fortasse Persarum Reges suas regias è cedro construxere. Q. Curtius libr. 5. Multa cedro ædificata erat regia Persarum.]

3. Reg. 6.

3. Reg. 7.

AD CAPVT SECVNDVM.

℣. 1. Ego flos campi, &c.

XLVI. Pag. 12. vers. 1. Quemadmodum ex floribus.] Eadem metaphora. Plinius libr. 16. capit 25. de floribus. Tardius aliqua, & diutius grauida partus gerunt, quod germinatio ideo vocatur. Pariunt verò cum florent, flosque illis ruptis constat vtriculis. Educatio in pomo est: hoc & germinatio. Arborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis: flos gaudium arborum. Protinus enim fructuum flores gignunt.] Flos itaque campi extitit Salomon, inquit Matthæus, qui

& fructum

& fructum protulit Christum, quia ex eius stirpe, & femore natus est. Meritò autem florem seipsum appellauit Salomon. Quia terra, vt ait Plin. libr. 21. capit. 1. Flores, odoresque gignit, magna admonitione hominum: quæ spectatissimè floreant, celerrimè mar-
Esai. 40. 6. cescere.] Verè enim Esaias. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri.* τὰ γὰρ, inquit Procop. in Esai. ἐπὶ γῆς πρὸς βραχὺ μόνον ἀνθοῦντα, μαραίνεται. Quæ enim super terram sunt, cum breui solum momento floruerint, marcescunt.] Homo namque
Iob. 14. 2. ait Iob, *Quasi flos egreditur, & conteritur.* LXX. ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἐξέπεσεν Sicut flos, qui floruit, & cecidit.] quòd ipsum florere sit floruisse, & egredi in lucem decidisse. Hinc Salomon:
Eccl. 1. 12. *Ego ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem.* Licèt tunc Rex esset, tamen inquit, *fui.* Quia flores sunt dignitates, ac veluti flores, quos vt ait Auson. Edyl. 6. Vna dies aperit, conficit vna dies.] Hinc Persarum Reges vestes floridas gestasse, refert Timæus apud Athen. & Strab. libr. 15. ἱμάτιον θέρους μὲν πορφυροῦν ἢ ἀνθινόν· χειμῶνος δὲ ἀνθινόν. Vestem æstate purpuream, vel floridam: hieme autem floridam gestabant.] Apul. libr. 11. metam. Byssina quidem, sed floridè depicta veste conspicuus superstitit.] Quò breuitatis regnandi admoneremur, memores sicut flores eorum properare, & defluere felicitates dum florent. Est autem flos non vtcumque, sed campi, omnibus patens, apertus. *Flos* hebr. חבצלת *Chabatzeleth.* Quam vocem Rabbini, alii rosam, alii violam interpretantur. LXX. verò in Esai. interpretati sunt li-
Esai. 35 1. lium. ἀνθήσει ὡς κρίνον, Florebit quasi lilium. *Campi* hebr. השרון *Hascaron.* S. Hieron. in cap. 33. Esai. Saron omnis circa Ioppen, Lyddamque appellatur regio, in qua latissimi campi, fertilesque tenduntur.] Quam vocem LXX. in Esai. verterunt δρυμὸν Syluam. *Et erunt campestria* hebr. שרון LXX.
Esai. 65 10. ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ, Et erunt in sylua.] Erat autem locus ille Saron spinis refertus. Procop. in Esai. capit. 33. ἡ χώρα ἡ καλουμένη σαρὼν ἢ ὁ σαρώνας ἐλώδης φησὶ γέγονε ἢ ἀχρειώσης, ἐξ ἀκανθῶν ἐμπλησθεῖσα τραχύτητος. Regio ipsa quæ Saron, siue Sarona vocatur, paludis effecta est, siue infrugifera, asperitate spinarum referta.] Huius campestris regionis flos cāpi appellatur Salomon. Spinis vtiq. cōsitus, & obsitus. quia flos honoris nonnisi in dumeto, inter spinas reperitur. *Omnes principes eius erunt in nihilum: & orientur in domibus eius spinæ.* Es. 34.

℣. 4. Introducite me, &c.

XLVII. v. 4. Pag. 14. Ipsa namque sola in Sancta Sanctorum habuit domicilium.] Asserit Matthæus dissertis verbis Sacrosanctam Dei genitricem habitasse in ea parte templi, quæ Sancta Sanctorum dicebatur, seu oraculum, adytum, penetrale: quam partem nulli fas erat penetrare, nisi solo summo Sacerdoti, idque semel in anno. Idemque affirmat infra capit. 8. vers. 1. & vers. 10. At qui fieri id potuit, cum expresse S. Paulus asserat: *In priori quidem tabernaculo intraibant Sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In Secundo autem semel in anno solus Pontifex.* Hebr. 9 7. Et per secundum tabernaculum intellexisse Paulum Sancta Sanctorum, constat ex iis, quæ paulò ante dixerat. *Post velamentum secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum.* Verùm quia respondere quis posset, Apostolum verba fecisse, vt reuera est, de tabernaculo Moysis tempore, non de templo Hierosolymitano à Salomone ædificato, & à ceteris postmodum reædificato. Est Iosephus, qui libr. 8. Antiquitat. capit. 2. de templo Salomonis, clarè ait: Diuiso deinde in duas partes fano, penetrale eius viginti cubitorum, nulli fecit accessibile.] Et libr. 2. contra Appion. de templo, quod in vltimis temporibus ante euersionem extabat: Quattuor porticus habuit in circuitu. In exteriorem ingredi, licentia fuit omnibus etiam alienigenis. In secundam verò porticum cuncti Iudæi ingrediebantur, eorumque coniuges. In tertia masculi Iudæorum mundi existentes, ac purificati. In

ti. In

ti. In quarta autem Sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum verò soli principes Sacerdotum, propria stola circumamicti.] Idque latè probat S. Ioan. Chrysost. orat. in natalem diem saluatoris, quæ incipit Ἀπάλαι, à Pantino græcolat. edita: ἅπαξ εἰσηρχετο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ μόνος. Semel & solus ingrediebatur sūmus sacerdos in sancta sanctorum.] Et de templo loquitur quod nouissimè tempore Zachariæ Ioannis Baptistæ patris, extabat. nam hæc ipsa asserit, ad probandum Zachariam summum sacerdotem ibi ingressum fuisse in festo expiationis, vt incensum daret. Si itaq. ne sacerdotibus quidem fas erat ingredi in Sancta Sanctorum, sed soli summo sacerdoti, idque semel tantùm in anno: qui fieri potuit vt Virgo Maria, quæ fœmina erat, cui vix in secundam templi porticum ingredi fas erat: in Sancta Sanctorum non modò ingrederetur, verùm etiam ἔχε τὴν οἴκησιν. Habitaret, vt inquit hic Matthæus. Et in cap. 8. διατρίβουσαν eam asserit, degentem, conuersantem in Sancta Sanctorum. Nec dici potest, intellexisse Matthęum, sacram Virginem habitasse in parte illa circa templum. vbi tres ordines cellarum erant, de qua Iosephus lib. 8. antiq. cap. 2. In circuitu templi construit triginta cellas, quæ inter se constipatę externè parietes templi fulciebant: super has alia series cellarum erat extructa, super quam rursum aliæ, omnes inter se numero, & amplitudine pares.] Tum quia inquit ἐν τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις, In Sanctis Sanctorum domiciliū habuisse, tum etiam, quia addit, αὐτὴ γὰρ μόνη. Ipsa sola: et in cellis illis ceteri ministri habitabant. Dicendum itaque re vera ex lege soli summo pontifici licuisse ingredi in Sancta Sanctorum; at ex singulari priuilegio datum id etiā sacrosanctæ Dei genitrici. Neque id nouum, nam etiam S. Iacobo datum asserit S. Hier. lib. de script. eccl. Huic vni licebat ingredi in Sancta Sanctorum.] Cum tamen non foret summus pontifex Iudæorum, sed id sanctitati vitæ eius cōcessum. Potuit ergo pariter id concedi sacræ Virgini Mariæ, quæ sanctitate & puritate, ac vitæ innocentia cunctos antecelluit. Idque in confesso esse apud græcos, liquet. S. Greg. Nyssen. orat. de humana Christi generat. a Metaphraste or. de vita sanctę Dei genitricis Mariæ apud Lippom. to. 6. relatus, & a Nicephoro Cal. lib. 5. hist. eccl. cap. 7. descriptus, ait. Anna iuxta votum, eam [Mariam] Deo consecrat & sacerdotes quidem, tum eam tanquam sanctius quoddam donarium suscepere, & puellam in sacrario fouendam esse duxere. Itaq. illa, vt res diuina intacta, & sacrosancta, in templi sanctiori loco, & adytis ipsis viuebat.] Euodius ab apostolis, vt ait S. Ignat. ep. ad Antioch. ordinatus Episcopus Anthiochensis: Maria trimula cum esset, in templo est præsentata, & ibi in Sanctis Sanctorum traduxit annos vndecim] Andreas Cretensis Epis. ser. de dormitione S. Mariæ Mariam non solum ex sterili natam, sed & puellam in templum adductam Deoque dedicatam pulchrum munus extitisse, quæ in templi adytis tamquam aureis thalamis versaretur] S. Germanus archiep. Constantinop. in encomio Virginis a Pantino edito: vbi exposuisset sacram Virginem a Zacharia summo pontifice illatam in Sancta Sanctorum subdit: αὕτη λοιπὸν εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἐνδότερα ἅγια, ἀμβροσίᾳ τροφῇ δι' ἀγγέλου τρεφομένη. Ac deinceps in interrioribus Sanctis Sanctorum mansit, ambrosiis dapibus ab Angelo nutrita.] S. Cyrill. Alex. lib. aduer. Anthropomorphitas cap. 27. nō dum de Virgine id asserit, sed & locum describit, in quo & ceteras Virgines degere, in more erat: Ζαχαρίας οὐ κατεκώλυσε τῷ ναῷ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν παναγίαν μητέρα· ἦν δὲ ὁ τόπος οὗτος τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ θυσιαστηρίου διάστημα. Zacharias sacrosanctam non arcuit Matrem, ab eo secretiori templi loco, qui virginibus ex lege decretus erat. Erat autem locus hic spatium inter altare, & templum intermedium.] S. Ioan. Damasc. lib. 4. orthod. fid. cap. 15. Τίκτεται τοίνυν ἐκ χάρις· τοῦτο γὰρ ἡ Ἄννα ἑρμηνεύεται, τὴν κυρίαν· τοῦτο γὰρ τῆς Μαρίας σημαίνει τὸ ὄνομα. τίκτεται δὲ ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ· καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται· εἶτα ἐν τῷ οἴκῳ θεοῦ φυτευθεῖσα τε

στα τε

-σα τε καὶ πιανθεῖσα τῷ πνεύματι, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος, πάσης ἀρετῆς καταγώγιον γέγονε. Parit itaque gratia (hoc enim sonat Annæ vocabulum) Dominam, (id enim Mariæ nomen significat) In lucem autem editur in domo ouilis Ioachim, & adducitur in templum: ac deinde in domo dei plantata, & per spiritum impinguata, instar oliuæ frugiferæ virtutum omnium domicilium efficitur.] Plantatā inquit Virginem in domo Dei, vt non ingressam, & egressam è templo significaret, sed ibi multos annos facto sibi domicilio, perstitisse. & or. 2. de Natiuit. Dei genitricis. μετὰ Μαρίας τῆς θεομήτορος τῷ ναῷ προσηνέχθημεν, καὶ τοῖς ἀδύτοις τῶν ἁγίων ἐπιχωρήσαντες τῶν αὐτόθι μυστηρίων μετέχομεν. Cum Maria Dei matre in templo oblati sumus atq; in Sancta Sanctorum penetrantes, abdita illic mysteria penetrauimus;] & or. 1. de dormitione S. Mariæ ex versione Billii. Hinc Dei genitrix ex pollicitatione prodit, tum Sacrosancto Dei templo offertur, & consecratur, atq. ibi ita degit, vt præstantioris & purioris, quàm ceteri, vitæ specimen ederet, seque à virorum, & improbarum mulierum consuetudine remoueret: sed cum ad ætatis florem perueniret, atque intra templi septa manere lege prohiberetur, sponso, hoc est virginitatis custodi, Iosepho à sacerdotum choro traditur.] Et Græci celebrant die 21. Nouemb. diem festum, quem vocant. τὴν ἐν τῷ ναῷ εἴσοδον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. Ingressum in templum sacrosanctæ Dei genitricis, caussamq; explicant in menologio huius diei festi. αὕτη ἡ ἐν τῷ ναῷ τῆς θεομήτορος εἴσοδος ἑορτὴν τοῖς εὐσεβέσιν εἰργάσατο. ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως λαβοῦσα τὴν ἀφορμήν. ἡ γὰρ Ἄννα &c. τὴν παναγίαν θεοτόκον Μαρίαν τρίτον ἤδη χρόνον ἄγουσαν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς παραδόξου γεννήσεως, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ἄγουσι πρὸς τὸν ἱερὸν· καὶ τοῖς ἱερεῦσι παραδιδόασι· ἣν καὶ λαβόντες οὗτοι, τάχα βουλήσει θεοῦ ὑπηρετοῦντες, εἰς τὸ ἐνδότατον τοῦ ναοῦ ἐμβιβάζουσι· χρόνους ὁλοκλήρους δώδεκα ἐκεῖσε διαβιβάζειν αὐτὴν μόνην, ὅπου τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅπαξ τοῖς ἱερεῦσιν εἰσιέναι ἀφώριστο. Dei genitricis ingressus in templū festus dies fidelibus constitutus est, ex eo celebritatis occasionē nacti. Quia nimirum, Anna &c. sacrosanctā Dei genitricē Mariam, tribus iā exactis ab admirabili eius ortu annis, ex promissione facta, in templum parentes inducunt, sacerdotibusq; tradunt, quam excipientes, Dei voluntati obsequentes, in penetrale templi ingredi faciunt. Et per duodecim integros annos illic eam solam vitam ducere sinunt, vbi semel singulis annis sacerdotibus tantum ingredi fas erat.] & ibidem innumera cantica recensentur diuersorum autorum: ex quibus pauca delibamus, vtpote quæ nec latinè sint reddita: & rem de qua agimus satis firment. Γεωργίου Νικομηδείας ἦχ. δ. Σήμερον θεοχώρητος ναός, ἡ θεοτόκος, ἐν ναῷ κυρίου προσάγεται· καὶ Ζαχαρίας ταύτην ὑποδέχεται· σήμερον τὰ τῶν ἁγίων ἅγια ἀγάλλονται. Georg. Nicom. Hodie tēplum illud quod Deum excepit, Dei nimirum genitrix, in templum domini inducitur, & Zacharias eam suscipit. Hodie Sancta Sanctorum exultant.] Λέοντος μαΐστορος. ἦχ. β. Σήμερον τῷ ναῷ προσάγεται ἡ παναμώμητος παρθένος εἰς κατοικητήριον, τοῦ παντάνακτος θεοῦ καὶ πάσης τῆς ζωῆς ἡμῶν τροφοῦ: σήμερον, τὸ καθαρώτατον ἁγίασμα ὡς τριετίζουσα δάμαλις· εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσάγεται· ταύτῃ ἐκβοήσωμεν, ὡς ὁ Ἄγγελος· χαῖρε μόνη, ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη. Leon. mag. Hodie in tēplū inducitur omni ex parte pura Virgo, in domicilium Dei omnipotentis, & totius vitæ nostræ altoris. Hodie purissima puritas, veluti trimula iuuencula, in Sancta Sanctorum inducitur. Huic elata voce dicamus cum Angelo: Aue sola in mulieribus benedicta.] Ἀνατολίου: Σήμερον ἐν τῷ ναῷ ὁ Ζαχαρίας εὐφραίνεται, ἀπολαβών σε δέσποινα, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἀγάλλονται, ὑποδεξάμενά σε, τὴν τροφὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν. Anatolii. Hodie Zacharias lætatur in templo, dum te o domina excipit: & Sancta Sanctorum exultant, quæ te nostræ vitæ altricem recipiunt.] Theodorus etiam Metochita nuper à Ioan. Meur. tum græcè, tum latinè impressus summo omnium plausu exceptus lib. Historiæ Rom. Clarè id asserit, factumque enarrat. ἡ γὰρ ἄμωμος αὕτη γεννᾶται μὲν ἐξ ἐπαγγελίας. τριετίζουσα δὲ προσαγάγεται τῷ ναῷ,

καὶ ἐν

καιρὸν ἱκανὸν ἐν τοῖς ἀδύτοις αὐτοῦ διαγάγῃ, ὑπ' ἀγγέλου κομίζεται τὴν τροφὴν, ὥστε δέκα γίνεται ἢ τεσσάρων ἐνιαυτῶν. Inculpata enim hęc, Virgo Maria, ex promisso diuino nata est, cumque annum ætatis tertium ageret, deducta ad templum satis diu in penetralibus eius degit: & ab Angelo nutritur, vsque ad annum decimum quartum.] Verùm cum hæc ipsa scriberem, repe ri ementitum Metochitę nomen, histori amq. illam suppostitium partũ esse. liber iste non Theod. Methoc. est, sed liber tertius annaliũ Glycæ, eisdem cõceptis verbis, scriptoris tantùm innmutato nomine. nec potui non mirari, virum eruditissimum Ioan. Meursium id non aduertisse, præsertim cum in notis suis ad Theodorum Metoc. sępissime ipsum Glycam afferat. Glycas enim ex interpretatione Leuncl. Part. 3. an. incipit: Res Romanæ, à consulibus administratæ sunt CCCLXIV. annis, vsq; ad Iulium Cæsarem &c.] Et Metochita ex versione Meursij: Res Romanæ antea per consules administrabantur annos CCCLXIV. ad tempora vsque Iulii Cæsaris &c.] Claudit Glyca tertiã annaliũ partem hisce verbis: Galerius Maxim. diuino iudicio vulnus in genitalibus mẽbris accepisse fertur, propter singularem lasciuiam. Itaque pediculis scatens fœtidam animam exhalauit.] Et Metochita. At Galerius Maximianus, iusto sanè Dei iudicio, accepto in membris genitalibus, propter summam illam libidinem, qua flagrabat, vulnere quodam, foetidam animam, pediculis scatens, exhalauit.] Eadem itaque historia, eisdem græcis verbis est, à diuersis interpretibus latinè reddita. Hæc multorum auctoritate scriptorum firmare libuit, ne leuis fidei, id quod disertè à Matthæo asseritur, censeretur. Explicat autem domum vini Sancta Sanctorum, quia ibi vberimme, tamquam in secretiori loco degens, ac à sanctis minime diuulsa, poterat haurire cęlestia. *Introducite* autem dicit, quia vix ipsa pedibus consistere poterat, cum trimula esset. Eusebius. ὦ πῶς ἔρξῃ τὸν θεῖον δρόμον ἡ καλῶς τῷ ἵππῳ συζευχθεῖσα ψυχή· ὡς πυκνῶς τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται· οὐ γάρ κεῖται, lego, οὐκ ἀρκεῖται τῷ τῆς σοφίας κρατῆρι ἀλλ' αὐτὸν τὸν λυνὸν τοῦ μυστικοῦ οἴνου γινέσθαι ποθεῖ· συγκεράσατέ με ἐν σώματι χριστοῦ. Quàm bellè in diuino currit stadio, anima præclarè iuncta currui! quàm celeribus saltibus ad ea quæ anteriora sunt se extendere nititur! non sufficit ei sapientiæ crater, sed ad ipsum mystici vini torcular pergere cupit. Coagmentate me in corpore Christi.] Sed quid equorum cursus cum vino? Perbelle quidem. Equæ assimilata fuerat sponsa, ideo inquit introducite me in domum vini, vt curram viam mandatorum Dei. vt stadium hoc citò percurrã, vino ingurgiter Dei. Niceratus in epigram lib. 1. c. 19. apud Athen. lib. 2. οἶνος τοί χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις· ταῦτ' ἔλεγεν Διονύση ἦ ἔπνειν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδώδεις πίθου. Vinum equus est lepido promptus, veloxq. poetæ: Si potantur aquæ, nil paris egregium. O Bacche ista Cratinus cum spirans ait, vtrem Haud vnum, potius dolia tota bibit.] Hac translatione sponsa equum sibi parari cupit, quò citius pergat, currat, excurrat stadium. Non satis ei esse vini crater, ait: in vini domo permanere cupit: quò continuò pro libitu vinum haurire possit, & ebibere. S. Ambros. in Psalm. 118. ser. 5. Introducite me in domum vini. Iis copiis præparatis, quærit progredi ad aliam mansionem, in qua mysteriorum gratiam, & lætitiæ capiat suauitatem. Hinc quoque promouẽs verum iter, ait: constituite me in dilectionem. Bona statiua, vbi plenitudo est charitatis.] nunquàm quiescit nisi in plenitudine charitatis. Non sat ei erat in Sanctis esse, nisi in Sanctis etiam Sanctorum domicillum suum faceret, quia summam perfectionem iugiter exquirebat Virgo.

℣. 6. Læua eius in capite. &c.

XLIIX. Pagin. 14. vers. 6. lin. 7. πανταχόθεν περιφυλαξάτω.] Legendum puto, περιφυλαξάτω. Frustra enim apponeretur περὶ, cum præcedat πανταχόθεν. vim itaq. preseruandi a malo, læuam intelligit, quàm nos in dies petere ab æterno patre, voluit Christus, ac dicere,

Mat. 6. cere. *Libera nos à malo*. Hæc autem læua, in capite fuit Virginis, quia mirè, ac summa Dei gratia à peccato fuit præseruata. Dextera autem quæ eam amplexata est, virtus fuit Spiritus Sancti, qua obumbrata ac vndiq; vallata, in tuto erat, tali tantoq; munita præsidio. Læua veluti scuto armata, protegar: Dextera velut amica, in gratiam trahar, & in amplexus colligar: excipiar, fouear in sponsi sinu. Læua sua defendat, dextera me recipiat. Et arctè amplexibus implicita tenear, ne vnquam ab eius amore discedam. Dixerat se charitate vulneratam, nunc tamquam vulneribus confossam, læuam sub capite poni expetit, eam vt teneat, ne ruat, & decidat: amplexibus dexteræ reliquum corpus sustentando. Vbi venator ferro feram transfixit, confestim accurrit, ut capiat. Scito ò sponse, iam te collineasse ad scopū, iaculū cordi meo infixisse, nam vulneratam me sentio & fateor: accurre iam, sume prędam, lęuam capiti iam languescenti suppone, & dextera tua amplectere lapsabundum corpus, illudq; tolle, sustolle, iam tota cum sim in manu tua. tum lęua, tum dextera in me inmissa, non sub vnius tantùm potestate manus, sed vtriusq; profiteor. Telum autem quo confixa fuerat, sponsa, ipsum esse Dei Verbum exponit Psell. βέλος ὄντως ἐκλεκτὸν λόγον, καὶ νυμφίον. Electum reuera telum, ipsum scito fore Verbum, ac sponsum.] vt amore eius se vulneratam, asserat sponsa. Et ideo eius manus petit, nimirum, vt descendens in terras eius vulnera mederetur. Aliter Eusebius, in eadem teli persistens metaphora: ait enim; καὶ ἑαυτὴν ἀντὶ τοῦ βέλους ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ τοξότου βλέπω· ἡ αὐτὴ δὲ ψυχὴ βέλος ἐστὶ, καὶ νύμφη· ὡς βέλος ἀμφοτέραις χερσὶ πρὸς τὸν ἀγαθὸν ἰθυνομένη σκοπόν· διὰ τοῦτό φησι· ἡ εὐώνυμος ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου· δι' ἧς ἀπευθύνεται πρὸς τὸν σκοπὸν τὸ βέλος· ἡ δεξιὰ δὲ αὐτῇ πρὸς ἑαυτὴν διαλαβοῦσα, καὶ ἐφελκυσαμένη, κούφην τε πρὸς τὴν ἄνω φορὰν ἀπεργάζεται. Nunc veluti sagittam; seipsam in sagittarii manibus contēplatur. Ipsa .n. anima tāquam saggitta ambabus manibus ad rectum Bonitatis scopum dirigitur. Ob id inquit, *Læua eius sub capite meo*, Per quam, rectà contendit ad scopum sagitta. Dextera autem eius eam ipsam comprehendens, & attrahens, agilem, vt in altum feratur, efficit.] Ad prædestinationē fortasse alludens, nam anima tanquam sagitta supernaturali gratia transmittitur, & dirigitur in vitam ęternam. Et translatione ducta ab arcu sagittarii, inquio: Lęua eius in capite meo, nā lęua manu capiti, summa nimirum pars arcus, tenetur cum tenditur: & dextera reliqua pars, vt trasmittatur sagitta. Ita sponsa arcum fatetur corpus, sagittam animam, apponat ergo sponsus læuam suam in capite, & dextera amplectetur corpus, quò animæ sagitta emissa feratur in altum. in manu eius esse, & à manibus eius agi volo. iaciat, emittat quò uelit: collineat quò destinauit.

℣, 7. Adiuraui vos filiæ Hierusalem &c.

XLIX. Pag. 15. uers. 7. ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ;] Ita constanter A. & B. LXX. tamen Vat. addunt, ἐν ταῖς δυνάμεσι, in uirtutibus. Origen. etiam ex interpretatione S. Hier. Adiuraui uos filiæ Hierusalem, in uirtutibus agri.] Ac S. Amb. qui lib. 2. de Iacob. cap. 1. exponit, agrum esse uirtutum perfectionem: dicens. Ipse est ager, quem benedixit Dominus non iste terrenus, aut horridus siluis, aut fragosus torrentibus, aut palustris pigrioribus aquis, aut ieiunus frumentis, aut inutilis uitibus, aut infœcunda glarea saxosus, aut hiulcus, & aridus siccitate, aut sanguine madidus, aut sentibus incultus. Sed ille ager, de quo dicit Ecclesia, in canticis, Adiuraui uos filiæ Hierusalem in uirtutibus ac fortitudinibus agri. Hic est ager de quo & Dominus ait; & species agri mecum est.] quia ipse totus pulcher, & speciosus præ filiis hominum, Ps. 99: 11. virtutibusque omnibus scatens: Psell. Agrum, mundum esse ait: uires, Dei uirtutem; Ἀγρὸν τὸν κόσμον νόησον, ἰσχὺν δὲ τοῦτον πάλιν, τὴν τοῦ δεσπότου δύναμιν τοῦ λόγου καὶ νυμφίου. Agrum hunc intellige mundum. Vim uero eius domini uirtutem, sponsi nimirum ac Verbi.]

ἐὰν

ἐὰν, Si excitaueritis. S. Hieron. interpretatur hom. 2. Origen. Si leuaueritis, & excitaueritis charitatem.] Isidorus in cat. imp. Meurs. τὸ ἐὰν, οὐ σύνδεσμον, ἀλλὰ ῥῆμα λέγεται· καὶ οὕτω φησὶ· παρακαλῶ ὑμᾶς ἐᾶσαι τὴν ἀγάπην εἰς ὕψος ἄστον εἰ βουληθείη ἐξεγείρεσθαι ἀπαρεμφάτως. ἄλλως· ἐὰν, ἀντὶ τοῦ εἴπως· ἐὰν non est coniunctio, sed verbum. Et significat: Hortor vos sinere dilectam tamdiu in profundo esse, quamdiu indeffinitè se voluerit excitari. Aliter: ἐὰν significat, si fortè.]

Vers. 9. Similis est nepos meus, &c.

L. Pagin. 16. vers. 9. Proprium est capreę seipsam tradere pro libertate filiorum.] Id ferè Xenophon. libr. de venatione. ἡ δὲ ἔλαφος τὰ μὲν ἰδοῦσα· τὰ δὲ ἀκούσασα, ἐπιφέρεται τῷ ἔχοντι αὐτὸν, ζητοῦσα ἀφελέσθαι. Cerua sanè tum captum videns hinnulum: tum eius excipiens vocem, occurrit, tenentemque inuadit, vt hinnulum excipiat, & liberet.] Et paulo post, agens de hinnulis, qui cum matribus, aliisque ceruis pascuntur ait, difficillimè eos capi, quia αἱ δὲ ἔλαφοι τὰς κύνας ὑπὲρ αὐτῶν ἀμυνόμεναι καταπατοῦσιν· Pro filiis pugnantes ceruæ canes proterunt.] Hæc pro nobis egit Christus, qui videns nos à canibus inferorum captos, prędamque effectos dæmonum, è cœlis descendens in terras, occurrit, & *Eripuit nos de potestate tenebrarum. Vt sine timore de manibus inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.* Orig. hom. 2. Hieron. interprete. Caprea, idest dorcas, acutissimè videt. Ceruus interfector serpentum est. Ab eo enim, quod acutius videt, idest παρὰ τὸ ὀξέως δέρκειν. dorcas appellata est. Ceruus verò serpentum inimicus debellator est, ita vt spiritu narium eos extrahat de cauernis: & superata pernicie veneni, eorum pabulo delectetur. Forsitan & Saluator meus caprea sit, iuxta θεωρίαν, ceruus iuxta opera. Quæ nam ista sunt opera? interficit ipse serpentes, contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicam ei: tu contriuisti capita draconis super

Coloss. 1.13.
Luc. 1. 74.

aquas.] Iure cerui nomen sibi vendicat Saluator, quia super aspidē, & basiliscum ambulauit: & cōculcauit leonem, & draconem. Et de eo Esa. *Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet.* Adhuc infans, vix ablactatus ab vberibus per lusum pæne serpentes capiet, serpentes conteret, recidet. Immo & suis discipulis hanc virtutem impertiit, ceruosque effecit: *Ecce dedi vobis virtutem calcandi super serpentes & super scorpiones.* & alibi: *In nomine meo dæmonia eiicient, serpentes tollent.* Quod autem dicit Origenes: Saluator meus caprea sit iuxta θεωρίαν]. significat à perspicacia videndi, iurè Saluatorem vocari capream, quæ perspicacissime videt. Plin. lib. 28. cap. 11. Negat lippire dorcadas, & quoniam noctu æquè cernant.] Et de Saluatore inquit Dauid: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius: quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.* Eusebius. ἡ δὲ δορκὰς σημαίνει τὴν ὀξύτητα τῷ τὸ πᾶν ἐπιβλέποντος· φερώνυμος γὰρ κέκληται τὸ ζῶον ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι. Dorcas itaq. perspicaciam videndi significat illius qui omnia videt. Nomen enim habet animal illud, à videndo.]

Ps. 90.
Es. 11.8
Luc. 10. 19
Mar. 16 19.
Ps. 138. 12

LI. pag. 16. in fin. In monte Bethel sacrificia idolis obtulit.] Liquet id ex libr. Reg. *Fecitq. Roboam duos vitulos aureos, posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan. & factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum.* Ex quo factum est, vt locus ille non amplius Bethel appellaretur, hoc est, Domus Dei: sed domus Idoli, quia idolum & non Deus ibi adorabatur. S. Hieron. in cap. 4. Ose. Ne ascendas in Bethauen, idest quæ quondam vocabatur, Bethel: quia post quam aurei vituli ibi positi sunt ab Hieroboam filio Nabat: non domus Dei appellatur, sed domus idoli.] & in cap. 1. Micheæ. Quamuis autem conciliabulo suo vocent Bethel, tamen post fabricationem Idolorum desijt esse Bethel, & vocatur Bethauen, quod dicitur, Domus idoli.] Claudit Origenes hom. 2. Esto mons Ecclesiasticus Domus Dei: & veniet ad te sponsus similis capreæ vel hinnulo ceruorum

3. Reg. 12.28.

ceruorum ſuper montes Bethel.] Sed quæ eſt domus Dei? *Domus mea domus orationis eſt*. Quando cor tuum domus orationis erit, illico ibi aderit Dominus ſimilis capreæ in contemplando, & hinnulo ceruorum ſerpentes fugando affectuum prauorum.

Luc. 19. 46.

LII. Pagin. 17. Ecce iſte ἕστηκε, ſtetit.] Abeſt à LXX. Vat. Origen. etiam non videtur legiſſe ἕστηκε. nam S. Hieronymus interpretatur; Ecce hic retro poſt parietem noſtrum.] Sine vllo verbo: ſed Euſebius, Polychronius, Pſellus legunt ἕστηκεν. S. Ambroſ. videtur legiſſe ἵστηκε ſtat. Nam præfat. in Pſal. 41. ait: Quæ de longinquo venientem viderat, repente ſibi adeſſe cognouit. Vnde & ait: Ecce hic ſtat poſt parietem noſtrum proſpiciens per feneſtras, eminens per retia.] Parietem interpretatur Mattheus Saluatoris carnem: Erat enim Dei filius abſconditus in carne, non ſecus ac is, qui poſt parietem ſtat, qui cerni nequit. Origenes homil. 3. in Ioſue. Incarnatio Saluatoris, non nobis merum ingeſſit, & integrum Deitatis aſpectum, ſed tamquam per feneſtras fecit nos per incarnationem ſuam lumen deitatis aſpicere.] Ideo enim præmiſit: *Vox dilecti mei*. Quia is qui poſt parietem ſtat, voce non aſpectu agnoſcitur. Ita Chriſtum Dei eſſe filium, nemo ſuorum oculorum intuitu agnoſcere poterat. quia diuinitas oculis carneis inſpici nequit: ſed voce tantùm. Ita Centurio à voce eum Dei filium eſſe agnouit: *Videns*, inquit Sanctus Marcus; *Centurio, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo filius Dei erat*. Voce reuelationis S. Petrus. *Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Cui Chriſtus: *Caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt*. Voce miraculorum. Cum ſupra mare ambulaſſet, & tempeſtatem ingentem ſuo imperio ſedaſſet, Dei filius agnitus fuit: *Qui autem in nauicula erant, adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei es*. Voce Patris: *Vox de cælo dicens hic eſt filius meus dilectus*. Caro itaque paries eſt, vt inquit Mattheus. Sed quæ retia ſunt? Quas pro nobis pertulit paſsiones. ἐγκύψαι διὰ τῶν δικτύων. Origenes, Sanctus Ambroſius, & alij fortaſſe legerunt παρακύπτων, Nam S. Hieronymus interpretatur homil. 2. Origen. Eminens per retia.] Et ita etiam Sanctus Ambroſius, quaſi caput erumpens, vt ſeſe manifeſtaret per rimulas quaſdam, quaſi per retia. Licèt S. Amb. id detorqueat in moralem ſenſum libr. de Iſaac capit. 4. Quid eſt hoc? Niſi fortè, quia illa, retia nobis ſunt, non illi. Retia, eo quòd adhuc hominis mentem rapere, & quodam ſinu proprio non potuerunt inuoluere. Poſito ergo adhuc in ſecularibus, ſed tamen quærenti eum per retia ſe oſtendit. Tentamentis, & retibus mundi non potuit capi. Nam cum nos homines ambulemus in medio laqueorum, per appetentiam eſcæ, retibus ſimul, & laqueis obnoxij ſumus. Ille in corpore poſitus, retia non timebat: ſed eminebat ſuper retia, ideſt ſuper tentamenta mundi, & corporis paſsiones. Immò & alios eminere faciebat.] Cui expoſitioni fauet Origen. homil. 2. Eminens per retia. Intellige quia in medio laqueorum ambulas; & ſubtus machinas tranſeas imminentes. Omnia retibus plena ſunt, diabolus laqueis cuncta compleuit. Eminet igitur ſponſus per retia, tibi viam faciens. Ieſus deſcendit ad terras, ſubiecit ſe retibus mundi. Videns magnum hominum gregem, retibus impeditum, ne eum ab alio niſi a ſe, poſſe conſcindi, venit ad retia, aſſumens corpus humanum, quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur, ea tibi dirupit.] Retia, & laquei, tentationes ſunt, quibus veluti rete implicamur. quo circa cauendum, ne pedes in retia inijciamus, nam latius tentamenta funduntur, ſe aperiunt: vt cò magis, ac magis implicent, teneantque animum, quo quis magis ea in animum induxerit. Non obtinebis vt deſinant, ſi incipere permiſeris. Imbecillis eſt, inquit Senec. epiſt. 116. primo omnis affectus, deinde ipſe ſe concitat, & vires dum procedit, parat, excluditur

Marc. 15. 39.

Matth. 16. 17.

Matth. 14. 33.

Matth. 3. 17.

Eccl. 9. 20.

Eccl. 9. 20.

M facilius

facilius, quam expellitur.] Ergo intrantibus resistamus, quia facilius non recipiuntur, quàm eiiciantur tentamẽta. faciliùs est initia illorũ intercludere, quàm impetus regere. Ideo Christus nos iugiter orare docuit, ac dicere, *Ne nos inducas in tentationem*. Quia vbi quis in eam inductus fuerit, ægrè nimis se à laqueis explicabit. Iob: *Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Vndique terrebunt eum formidines*. Illico accedit sitis, cupiditas, quæ ne desinat implicatur formidine amittendi honores, bona, vitã, & famam: ex laqueo laqueus.

Matt. 6. 13.

Iob. 18. 8.

℣. 17. Reuertere.

LIII. Pagin. 20. vers. 17. ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων.] LXX. Vat. latin. Super montes ciuitatum.] Typographi sanè lapsu, cum legendum sit, Cauitatum. Nam grçcè LXX. Vat. imp. habent κοιλωμάτων. Biblia tamen grçc. impr. Basileç, legit κυκλωμάτων circuituum. maiori lapsu. Latin. Vulgata correcta: *Super montes Bather*. Representans ipsam vocem hebrçam בתר *bather*. Origen. hom. 3. in cant. legit, non Bather, sed Bethel. Et ne sit ambigendi locus, ita eũ legisse, interpretatione ipsa nominis clarè demonstrat, Bethel, non Bather in suo textu habuisse. Inquit enim. Sponsa similem dicit esse fraternum suum capreæ, vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel: Bethel verò, domus Dei interpretatur.] At בתר *bather* diuisio, vel cõcauitas interpretatur. Euseb. in cat. Meursii, ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων· αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ ὄρη, διὰ τὸ ὑψηλόν· κοιλώματα δὲ, διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην. κοιλωμάτων, θυμιαμάτων, διχοτομημάτων. Super montes concauos. Iustorum animæ montes sunt, ob earum celsitudinem. Concauitates verò, propter humilitatem. Concauitates, idest thymiamata, diuisiones.] Verùm cum diù hæsissem in voce θυμιαμάτων, quid significaret. Tandem in mentem venit, fortasse legendum, τμημάτων sectiones, scissiones. Id enim vox hebræa בתר *bather* signifi cat. Genes. *Aues autem non diuisit*. Hebr. בתר *bathar*. LXX. τὰ δὲ ὄρνεα οὐ διεῖλε. Aues autem non diuisit. Dices, S. Ambros. libr. 3. de Virginibus, vt & scholia LXX. Latin. Vat. habent, Legisse Montes aromatum: ergo Eusebius rectè interpretatur θυμιαμάτων, nec immutandum. Verùm verba illa S. Ambros. reuera non sunt huius loci, sed capitis 8. Cantic. vers. vltimi. Colligo id ex ipsomet S. Ambros. in psal. 118. serm. 22. vbi eandem lectionem seipsum exponens, affert. Ait enim: His fructibus delectata Ecclesia, dicit ad Christum. Qui sedes in hortis, Amici intendentes sunt voci tuæ, vocem tuam insinua mihi. Vnde & nos si volumus eum in nobis sedere, simus horti clausi, atque muniti: feramus virtutum flores, &c. Sed quia futurum erat, vt persequutionibus variis tentaretur, ideo ait: Fuge frater meus, & similis esto tu Capreæ, aut hinnulo Ceruorum super montes aromatum.] Quæ vtique omnia ex capit. 8. desumpta sunt. Immo & si verba ipsa libr. 3. de Virginibus expendantur, liquidò constabit esse non cap. 2. sed 8. Ibi, inquit, Christum quæramus, vbi quærit Ecclesia, in montibus boni odoris, qui excelsorum sublimitate factorum, suauem vitæ odorem, pro meritorum verticibus exhalant. Fugit enim plateas, fugit conuentus, & strepitus fori, iuxta quod scriptum est: Fuge fraternus meus, & similis esto Ceruo, aut hinnulo Cerui in montes aromatum.] At hîc capite 2. non vt fugiat hortatur: sed potius vt ad se veniat, dicens: *Reuertere dilecte mi*. Super hos itaq. montes discissos, reuertitur sponsus, quia ipse dicit. *Scindite corda vestra. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus*. Et similis hinnulo Ceruorũ. Quia Cerui hinnulus, inquit Sanctus Ambrosius libr. 3. de Virginibus. Serpentinis inuisus colubris, atque humi reptantibus infestus serpentibus.] Et Plin. libr. 28. capit. 9. Exitio serpentibus esse ceruos nemo ignorat.] Multò maius exitium peccatorum est Christus Dominus, cuius à solo faciei aspectu pereunt peccatores. *Pereant peccatores à facie Dei*. eo

Gen. 15. 10.

Ioel. 2. 13

Psa. 67. 3.

eo itaque ascendente cor hominis, illico & praui fugantur serpentes peccatorum.

AD CAPVT TERTIVM

℣. 1. In cubili meo, &c.

LIV. Pagin. 21. Acedia tenuit me] Vulgata, *Defectio tenuit me*. S. Hilarius, Defectio animi tenuit me.] LXX. Vat. latin. cum S. Aug. & veteri Psalterio: Tædium tenuit me.] Tædium autem acedia est. Cassian. libr. 10. de spiritu acediæ cap. 4. Dormitauit anima mea præ tædio, idest præ acedia.] S. Gregor. PP. libr. 5. in 1. Reg. cap. 14. Acediæ vitium, idest tædium cordis, depellitur, si semper bona cælestia cogitentur.] Cassian. libr. 10 de spiritu acediæ cap. 1. Eam, quam Græci Ακηδίαν vocant, nos tædium, siue anxietatem cordis possumus nuncupare.] Nec longè abest ab hac lectione S. Ambros. qui legit: Pusillanimitas tenuit me.] Nam pusillanimitas ex tædio oritur. S. Gregor. PP. libr. 13. Moral. cap. 17. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, euagatio mentis erga illicita nascitur.] Pusillanimitas, & torpor ex eodem matris vtero emergunt. In cubili itaque cum sponsa, licèt per plures noctes, sponsum quæsiuisset, *Quæsiui*, inquit, *& non inueni*. Quia qui in lectulo quærit, nunquam id, quod quærit, inuenit. Et qui fieri poterat; vt sponsum inueniret in lecto cubans? Dixerat enim paulò ante. *Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bether*. Cant. 2 Si in montibus, velut ceruus, currendo discurrit, quomodo qui in lecto stertit eum inueniet? Currentem, cursu vt insequaris, oportet: montes conscendere, non lectulum: aliena loca petere, non in suo cubili degere. Cerui, inquit Plin. libr. 8. capit. 32. Semper in fuga acquiescunt, stantesque respiciunt.] Non cubant, sed stant: non in lectulo, sed in fuga acquiescunt: fuga est illis quies, cursus accubatio. Cum ergo dilectus Ceruo sit similis, quomodo fugientem stertens, currentem cubans inueniet? Verùm acedia in causa est, quam & lectulum significat, inquit Matthæus, *Dormitauit anima mea præ tædio*, ait David. Ps. 118 Acedia nedum dormire, sed dormitare etiam facit. Cassian. libr. 10. capit. 2. Acedia, ad omne opus, quod intra septa sui cubilis est, facit desidem, & inertem.] Non extra sui cubilis septa, quia acedia stertentem, desidem, segnemq. reddit animum: quem describit Salomon: *Dixit piger leo est in via, & leæna in itineribus*. Prou. 22. 13. *Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo*. Prouer. 26. 14. Surgere nescit, versat se iugiter, & modò hoc, modò illo se componit modo & sine motu lascessit, nec vnquam lectulum deserit, quia secum ipse loquitur, ac dicit: *Leo est in via*: Quomodo descendam? *Leæna in itineribus*: Quomodo incedam, nedum curram? Non est mearum virium id agere, officit capiti, nocet pectori, saluti noxam, vitæ exitium infert. Hoc non est quærere dominum, qui non à dormitantibus, sed à vigilantibus inuenitur: *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me*. Prouer. 8. 17. Non in cubili, nam subdit, *Qui obseruat ad postes ostij mei*. Prouer. 8. 34. Extra domum, ad postes ostij, non in cubiculo: stans foras, non stertens in lecto, vitam inuenit. Nisi lectum voluptatum, deliciarumque deseras, non inuenies sponsum, qui errat in montibus, in locis asperrimis. Alioquin *Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo*. Prouer. 26. 14. Ostium cum vertitur, mouetur, & non mouetur. Mouetur quia vertitur. Sed non mouetur, quia semper in eodem est cardine, non dimouetur loco. Sic piger aliqua quidem opera facit, sed nunquam proficit, quia nunquam è loco, in quo ante erat dimouetur: peccandi occasiones non deserit, prauos affectus non moderatur. Salomon: *Iter pigrorum quasi sepes spinarum*. Prouer. 15. 19. Iter, quia reuera mouetur ad aliquid agendum. verùm spinarum sepes ei obijcitur, vt progredi nequeat, cogitationibus, veluti spinis præssus, punctus ab incæpto reuocatur cursu: arduis difficultati-

 bus

bus deterretur, sepes spinarum ei obiicitur, quò vltra progredi nequeat. *Quasi sepes spinarum*. Sepes vineam circundat, & vallat, ambitumque eius claudit. Iter pigrorũ sepe clauditur, nam iugiter in cubili stertũnt, semper intra eumdem ambitum degunt, vallati tedii spinis; acediæ sepe septi. LXX. apud Cass. lib. 10.cap. 21. Viæ nihil operantium stratæ sunt spinis. *Via*, non iter, quia nec incedũt. P*igrorum*, idest nihil operantium, ita enim explicant LXX. pigrorum nomen. Nam pigri, quamuis aliquid videantur operari, reuera tamen nihil operantur, quia non proficiunt, immò nec incedunt in via Domini, cum viæ Domini illis *Strata sint spinis*. Nec pedem referre è domo audent, timẽtes spinas calcare. Illicò .n. ipsis innumeræ se offerunt spinæ, quæ feriant, sanguinem eliciant, crucient. Illud tamen notandum in hoc Matthæi commentario, nexum, consequutionemque versiculorum, aut nunquam, aut raro eum planè attendisse, sed singulos versus in suo scholio pro re nata, exposuisse.

Prouer. 15. 19.

LV. Pag. 23. vers. 6. lin. 10. Sophonias.] A. & B. verùm manifesto librarii lapsu, qui Σοφονίας scripsit, cum scribendum foret Ησαΐας. Sunt enim eius verba ex capit. 64. *Sion deserta facta est*. LXX. πόλις τοῦ ἁγίου σου ἐγενήθη ἔρημος, Σιὼν ὡς ἔρημος. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion quasi solitudo.]

Es. 64. 19.

℣. 9. Sellam fecit sibi, &c.

LVI. Pagin. 25. vers. 9. οἱ βασιλεῖς ἐν ξυλίνοις ἐπαναπαύονται φορείοις.] Vtique de gestatoriis sellis, tum quia Salomonis φορεῖον, gestatoria sella erat: tum etiam quia, cum Virgo sella sit Regis, ab ea nouem mensium spatio gestatus est Christus. φορεῖον autem gestatoriam esse sellam liquet ex 2. Machabæor. *In gestatoria sella positum*. Gr. εἰς φορεῖον ἐνθέντες. Appian. Alexandr. libr. 4. bellor. ciuil. Sellam, quam alii lecticam interpretantur, appellat, in qua Cicero, cum insidias fugeret, fuit interemptus. ἐκ τοῦ φορείου τὴν κεφαλὴν ἐπισπάσας ἀπέτεμνεν, ἐς τρὶς ἐπιπλήσσων, καὶ ἐκπριζων ὑπὸ ἀπειρίας. Lænas Centurio attractum è gestatoria sella Ciceronis caput, ter ictu præsecuit, & abscidit ob imperitiam.] Vtpote quæ ad fugam apta, expeditaque erat, vt ex Suet. liquet, quem mox referam. Ita etiam sellam hanc appellat Plutarchus in Cic. licèt non Lænam Centurionem, sed Herennium asserat fuisse: neq. caput vi è sella abstractum, sed eum illud vltrò porrexisse Centurioni, tradat. ἐσφάγη δὲ τὸν τράχηλον ἐκ τοῦ φορείου προτείνας. Iugulatus est autem, cum collum è sella gestatoria porrigeret.] Erat & Regum gestatoria sella. Sueton. de Nerone capit. 26. Interdiu clam gestatoria sella delatus in Theatrum, signifer simul, ac spectator aderat.] Idem de Vitellio cap. 16. Postridie responsa opperienti, nuntiatum est per exploratorem, hostem appropinquare. Continuò igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, Auentinum, & paternam domum petiit, vt inde in Campaniam fugeret.] Et de Octau. Aug. cap. 53. In consulatu pedibus ferè, extra consulatum sæpe adoperta sella per publicum incessit.] φορεῖον autem, non modò quamlibet significat gestatoriam sellam, verùm etiam qua velut triumphabundus summo honore, & plausu Rex vrbem ingrediebatur. Athen. libr. 5. τοῦτο μαθόντες οἱ Κεκροπίδαι, ἔπεμψα ἐπὶ τὴν ἀνακομιδὴν αὐτοῦ ναῦς μακρὰς, καὶ φορεῖον ἀργυρόπουν· ἀλλ' εἰσῄει ἤδη, καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν ἐκδοχὴν αὐτοῦ ἐξεκέχυτο. συνέτρεχον δὲ πολλοὶ καὶ ἄλλοι θεαταὶ, τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάζοντες, εἰ ὁ παρέγγραφος Ἀθηνίων εἰς Ἀθήνας ἐπ' ἀργυρόποδος κατακομίζεται φορείου, καὶ πορφυρῶν στρωμάτων. οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ κατακλιθέντος τῆς Ἀττικῆς. Quod vbi Cecropidæ resciuerunt Athenionem Carystiam delatum esse, ad eum reuehendum naues longas miserunt, sellamque gestatoriam argenteis fultam pedibus. Ad cuius aduentũ maxima ferè pars ciuitatis ad eum excipiendum effusa est. Confluebant etiam spectatores, alii mirantes inopinatũ fœlicitatis gradũ, quod ascriptitius, & nouus ciuis Athenion in purpureis stragulis, sella pedibus argenteis subni-

2. Mac. 3. 27.

ſubnixa Athenas geſtaretur. Cum nemo planè antea, ne Romanus quidem, tanta dignitatis ſpecie, eoque luxu Atticam adiiſset.] Quò circa delitiarum loco erat ἐν φορείῳ ferri, deteſtatur autem luxurioſas has ſellas S. Clemens Alexandr. libr. 3. pædag. capit. 4. οὐ διὰ σεμνότητα τοῦ κατασκεπᾶσθαι, μὴ βούλεσθαι, συνωνοῦνται τοὺς φορεῖς, ἀλλὰ θρυπτόμεναι ἐποχοῦνται τοῖς οἰκέταις, ἐμπομπεύειν γλιχόμεναι. Non propter honeſtatem vt inſpici nolint, qui ſellas geſtent, conducunt. Sed per ſummas delitias vehuntur à famulis, per pompam traduci cupientes.] φορεῖον ſellam eſse ex Mag. Etymol. etiam conſtat. Διφροφόροι, αἱ ταῖς κανηφόροις ἕποντο δίφρους ἐπιφερόμεναι. Ἡρωδιανός· τοὺς Πέρσας φορείοις φερομένους, Διφροφορουμένους. diphrophoræ in canephoris, dicuntur, quæ in ſellis geſtantur. Herodianus ait, Perſas eos, qui in ſellis geſtabantur, diphrophoros appellatos.] Itaq. pro eodem eſt apud Herodianum δίφρος, & φορεῖον. Nec puto aliam eſse diuerſitatem vocabuli, niſi δίφρον de quauis dici ſella, φορεῖον verò tantùm de geſtatoria ἀπὸ τοῦ φέρειν, à geſtando. Regia autem ſella licèt è ligno foret, tamen auro, gemmiſque erat exornata. Claudian. paneg. de 4. honor. conſul. Portatur iuuenum ceruicibus aurea ſedes, Ornatuque nouo grauior Deus aſperat Indus, Velamenta, lapis, pratioſaque folia ſmaragdis Ducta virent. Amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus Temperat arcani hyacinthi cærula ſtamis.] Sidon. libr. 8. ep. 8. geſtatorias bracteatas.] ideſt bracteis aureis inductas. Herodian. libr. 5. hiſtor. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, ἐνδεὴς πολλῷ γενόμενος, παραλαβὼν τὸν Ἀλέξανδρον συγκαθεσθεὶς αὐτῷ ἐν τῷ βασιλικῷ φορείῳ, ὅπερ διὰ χρυσοῦ πολλοῦ καὶ λίθων τιμίων πεποίκιλτο, κατῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Eo metu vehementer percitus Antoninus, Alexandro ſecum in geſtatoria Regis ſella conſidente, quæ erat auro multo, gemmiſque exornata, cum Alexandro contendit in caſtra.] συγκαθεσθεὶς. Duo conſiderant in geſtatoria ſella perinde ac in δίφρῳ. Mag. Etymol. δίφρος ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ δύο φέρειν. Sella diphros dicitur, eo quòd, duo ferat.] Ex quo Herodiani loco fortaſse elucidatur Aelius Lamprid. qui de Antonino Heliogabalo agens, ait: In eum impetus factus eſt, atque in latrina, ad quam confugerat, occiſus.] Diu hæſi: qui fieri poſſet, vt Rex adeo delitiis delinitus, in locum adeo ſordidum, ac deformem ſe abderet. Tamen coniectans, in animum induxi, fortaſse geſtatoriam ſellam latrinam ab Ælio Lamp. appellatam. à fero, tuli, latum dictam, quod in ea feratur aliquis. Idque elicio ex Græcis ipſis, qui eodem vocabulo latrinam, & ſellam appellant. Suid. Ἀφεδρών, ἀπὸ τῶν ἑδρῶν· ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι. Latrina aphedron dicitur à ſedibus, ſedes enim dicuntur ſellæ.] Suffragatur Dio licèt ſuboſcurè. Qui Antoninum Auitum appellans ait: σὺν αὐτῷ εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσελθών, ὡς ᾔσθετο φυλαττόμενον ἑαυτὸν ἐπὶ ἀναιρέσει, φυγεῖν πως ἐπεχείρησε· καὶ ἔμελλεν ἐς τύλον ἐμβληθεὶς ἐκδεδρακέναι ποι· φωραθεὶς δὲ ἀπεσφάγη· Eoque cum Alexandro introeunte in caſtra, cognoſcens milites necem ſibi machinari, fugere vtcumque tentat, & in tulo coniectus effugiſset vtique. Verùm deprehenſus occiſus fuit.] τύλον Xylander interpretatur capſam. Heſych. τύλον, τὸ αἰδοῖον· οἱ δὲ ξύλον. Alij dicunt verenda, alii verò lignum eſse.] Herodotus, ῥόπαλα τυλωτά, Clauas ligneas nodoſas appellat. τύλιν autem ἀπὸ τοῦ τυλίειν Inuoluere ſignificat, quod geſtatoria ſella lignea, & inuoluta foret, & adoperta. Vt idem fecerit Antoninus, ac feciſse Othonem ſcribit Sueton. capit. 6. Tunc abditus propere muliebri ſella in caſtra contendit.] At ſi φορεῖον geſtatoria ſella erat, quomodo in ea ἐπαναπαύονται ait Matthæus? Rectè quidem, quia & puluinaria, & lectos ibi fuiſse liquet. Idque vna dumtaxat autoritate firmabo. ex Eſaia. *Adducent omnes fratres* Eſ. 66.
veſtros in carrucis ad montem ſanctum 20.
meum Hieruſalem. LXX. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, μετὰ σκιαδίων εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλήμ. S. Hieronymus vertit. In lampenis mulorum, cum vmbraculis in ſanctam ciuitatem Hieruſalem.] Sym. apud Procop, μετὰ φο-

ϱείων, Cum sellis gestatoriis.] S. Hieronym. ibi. Vbi posuere LXX. cum vmbraculis (Quæ nos dormitoria interpretari possumus, vel blasternas.) alii voce consona transtulerunt φορεῖα.] φορεῖον ergo sella, in qua etiam dormiebatur, erat.

LXII. Pagin. 25. Persarum Reges.] Magos, qui Christum adorarunt, tum Reges: tum è Perside fuisse, asserit. Reges etiam S. Cyprian. oration. de baptismo Christi. Non est satis quòd Angeli locuti sunt pastoribus, quòd apparuit stella Regibus.] Tertull. aduer. Iudæos capit. 9. Nam & Magos Reges fere habuit Oriens.] Sanctus Ambrosius tom. 5. sermon. 12. Illi Magi tres Reges esse dicuntur.] Theophylact. in capit. 2. Matth. *Audiens autem Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.* ὁ μὲν Ἡρώδης ἐταράχθη ὡς ἀλλόφυλος περὶ τῆς βασιλείας δεδοικώς· ἐγίνωσκε γάρ, ὅτι ἀνάξιος ἦν ταύτης· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, τίνος ἕνεκεν ταράττονται; ἔδει γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον χαίρειν, ὅτι βασιλεὺς αὐτοῖς ἐστι, ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων προσκυνούμενος. Herodes quidem turbatus est, vtpote alienigena, qui de regno suo timebat: se enim regno indignum agnoscebat. At Iudæi quorsum turbantur? Cum potius eos lætari oportebat, vtpote Regem habentes, qui à Persarum Regibus adoraretur.] Innuit Chrysost. hom. 1. ex var. in Mattheum: Dauid quoque de his (Magis) testatur. Reges Arabum, & Saba dona adducent.] Verùm non adeo presse, & subobscurè id asserunt Patres, quàm clarè eos Persas fuisse. Chrysostom. hom. 7. in Matth. διδάσκουσιν ἀλλήλους οὗτε βάρβαροι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι· οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι παρὰ τῶν Μάγων ἤκουον, ὅτι καὶ ἀστὴρ αὐτὸν ἐπὶ τῆς Περσῶν ἐκήρυξε χώρας. Mutuò à se aliquid addiscunt, Iudæi nimirum, & Barbari. Nam Iudæi quidem à Magis audiunt, stellam eum in Regione Persidis prædicasse.] Persas barbaros appellat ex more. Et paulò post. ἀπὸ Περσίδος ἐλθόντες οἱ Μάγοι, οὐκ ἠγνόησαν τὸν τόπον. Magi à Perside venientes, non ignorauerunt locum.] Et paulò post. οἱ Μάγοι, ἕως μὲν ἦσαν ἐν τῇ Περσίδι τὸν ἀστέρα ἑώρων· ἐπειδὴ δὲ ἀπέστησαν τῆς Περσίδος, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐθεάσαντο. Magi cum in Perside morarentur stellam tantummodo viderunt. Cum verò à Perside recesserunt ipsum aspexere iustitiæ solem.] Prudent. cathemer. hym. 12. En persici ex orbis sinu, Sol vnde sumit ianuam, Cernunt periti interpretes Regale vexillum Magi.] S. Basil. de human. Christi generat. Genus Persicum Magi.] Elias in Apologet. Nazianzen. Ex eo enim quod Magi, cum Persæ essent, ad natum puerum, stella duce perrexerunt.] Nicephor. Call. libr. 1. histor. ecclesiast. capit. 13. Patria relicta se in viam Magi Persici dedere.] Theodor. Metoch. histor. Roman. siue Glycas part. 3. Annal. Μάγοι ἐκ Περσίδος ἐγείρονται. Magi è Perside excitantur.] Vtrumque autem asserit Lyran. in gloss. Fuerunt de terra Persarum, vbi Saba fluuius, à quo regio nominatur, iuxta quam & Arabia est, vbi Magi fuerunt Reges.] Et quidem Magos Reges aliquando fuisse nulli dubium est. Theodoret. in capit. 11. Daniel. Post Cyrum Cambyses regnauit, cuius successores Magi, decem menses regno potiti sunt, post illos Darius.] Strab. libr. 16. οἱ μάντεις ἐτιμῶντο ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες προστάγματα, καὶ ἐπανορθώματα. καθάπερ παρὰ τοῖς Πέρσαις οἱ Μάγοι. Diuini adeo in pretio erant, vt etiam regia dignitate digni censerentur: vtpote qui diuina nobis præcepta, rectaque consilia exponerent, quemadmodum apud Persas Magi.] Et libr. 11. τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησι Ποσειδώνιος, εἶναι διττόν. τὸ μὲν συγγενῶν· τὸ δέ, σοφῶν, καὶ Μάγων. ἐξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστησιν. Duplex est, inquit Posidonius, Parthorum concilium: cognatorum vnum, alterum sapientum, & Magorum. Ex vtroque autem Reges sibi constituunt.] Ammian. Marcell. libr. 23. Ex hoc Magorum semine septem post mortem Cambysis regnum iniisse Persidos, antiqui memorant libri.] Dio autem Chrysost. orat. 73 de Fide, à Cambyse regnum eos obtinuisse tradit: Μάγοι δὲ παρὰ Καμβύσου τὰ Περσῶν βασίλεια. Magi sane à Cambyse Per-

se Persarum regna obtinuerunt.] Immò & Plinius libr. 30. capit. 1. Etiam suis temporibus eos regnare scribit. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigii adoleuit, vt hodieque etiam in magna parte gentium præualeat, & in Oriente Regum Regibus imperent.] Triplici vinculo; nempe religionis, mathematicæ, & medicinæ, quarum rerum erant peritissimi. Et fortasse ob id eis summus honos, Regesque appellati. Plinius ibid. Autoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola (Magia) artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in vnam se redegit.] Tum magis ob religionis cultum, cui ipsi studebant Magi, & à quo Magorum nomen sunt adepti. Polyb. apud Strab. libr. 1. Geograph· Μάγους σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας, καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν. Magis, vtpote sapientia quadam alios superantibus, imperia, & honores à maioribus nostris sunt delata.] Quocirca ne dum apud populos, sed etiam apud Reges ipsos summæ autoritatis erant. Dio Chrysost. orat. 49. de Recusatione magistratus: ἐπειδὴ οὐ δύνανται ἀεὶ βασιλεύεσθαι ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἐπιβάτας τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἄρχοντας τούτους ἀπέδειξαν· Πέρσαι μὲν οἶμαι, τοὺς καλουμένους παρ' αὐτοῖς Μάγους· ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι, καὶ τοὺς θεοὺς ᾔδεσαν, ὡς δεῖ θεραπεύειν. Quoniam gentes non possunt semper à philosophis Regibus gubernari, Regibus philosophos assessores, & principes instituere. Et Persæ quidem censeo, eos instituisse, qui appellantur Magi: quia naturæ rerum peritiam habebant, nouerantque quo pacto Dii essent colendi.] En ratio cur regibus præessent. Marcell. libr. 23. Huius originis apud veteres numerus erat exilis, eiusque mysteriis Persicæ potestatis in rebus faciendis diuinis, solemniter vtebantur. Verùm aucti paulatim in amplitudinem gẽtis solidè concesserunt & nomen: villasq. inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas, & legibus suis vti permissi, religionis respectu sunt honorati.] A quo religionis cultu & nomen Magorum apud Persas nacti sunt, non à vana illa superstitione, vt vulgus autumat. Apul. Apolog. 1. Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos: quod tandem crimen sacerdotem esse, ac rite nosse, atque scire, atque callere, leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum? Siquidem Magia, id est, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν. Cum commemorat quibusnam disciplinis, puerum Regium adolescentem Persæ imbuant.] Suid. Μάγοι παρὰ Πέρσαις, οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Magi apud Persas philosophi sunt, atq. Dei cultores.] Dio Chrysostom. or. 36. Borysthen. Πέρσαι Μάγους ἐκάλεσαν ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸν θεόν. οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοίᾳ τοῦ ὀνόματος, οὕτως ὀνομάζουσι αὐτοὺς, γόητας. Persæ Magos appellarunt eos, qui Dei cultum sciebant. Non, vt Græci autumant, ex nominis inscitia, eos veneficos fore.] Porphyr. libr. de abstinent. ab animat. ἐν Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ λέγονται Μάγοι· οὗτοι δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσας νενόμισται. Apud Persas, qui in rebus diuinis eruditi sunt, Magi appellantur. Quæ sanè gens magna, & venerabilis à Persis æstimatur] Itaque quamuis Reges non fuerint, tamen etiam ita appellari poterãt ob summam, regiamque potestatem. De quibus ita Dion. orat. 49. de recusatione magistratus. ὧν οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσιν οὐδὲν ἐξῆν πράττειν, οὐδὲ βουλεύεσθαι. ὥστε τὸ μὲν ἀληθὲς, ἐκείνους ἄρχειν· τοὺς δὲ βασιλέας αὐτῶν, ὑπηρέτας καὶ διακόνους γίγνεσθαι τῆς γνώμης. Sine quibus Magis sapientibus, nihil Regibus facere licet, nec consulere. Vt ita reuera illi potius regnent, quàm Reges, qui illorum sunt sententiæ ministri, & serui.] Adstipulatur Agath. libr. 2. histor. τιμῶσι αὐτοὺς Μάγους ἅπαντες καὶ ὑπεράγανται, καὶ τά τε κοινὰ ταῖς τούτων βουλαῖς καὶ προαγορεύσεσι διατάττεται, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τῶν συμβαλλόντων εἰς δίκην λαγχάνοντι ἐφίσταντα διασκοπούμενοι τὰ ἀμφισβητούμενα καὶ ἐπικρίνοντες, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς παρὰ Πέρσαις δόξειεν ἂν ἔννομόν τε εἶναι καὶ δίκαιον, ὃ γε ὑπὸ Μάγου ἐμπεδωθείη. Magi omnes in summo apud eos honore sunt, ac veneratione, publicaque omnia eorum consiliis, & sententiis administrantur, & vnicui-

vnicuique singillatim Litem, quæ ad causam suam spectant intentati, præsunt Magi, qui cognoscant quid agatur, & arbitrium suum interponant. Neque quicquam omnino Persis videtur legitimum esse, & æquum, quod non à Mago stabilitum, confirmatumque fuerit.] Cum itaque Magi rebus sacris præessent, meritò ipsi, tamquam ex officio ad Christum adorandum veniunt.

AD CAPVT QVARTVM.

LVIII. Pagin. 26. vers. 1. ἰδοὺ ἡ καλή.] Ita A. B. cum articulo loco verbi. L X X. Vat. ἰδοὺ εἶ καλή. Ecce pulchra es. Euseb. à Meurs. imp. Immò Greg. Nyssen. Commentarius enim ille gr. à Meursio sub nomine Eusebii editus, non Eusebii, sed S. Gregor. Nysseni est, seu potius è commentario S. Gregor. Nyssen. excerptus, Καλὴ εἶ, φησί, μιμησαμένη με, καὶ πάντας θέλουσα σωθῆναι· εἶπε γάρ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε. ἡ δὲ ἐπανάληψις τοῦ ἐπαίνου, τὸ βέβαιον τῆς μαρτυρίας ἐνδείκνυται. Pulchra es; inquit; ex mei imitatione, cum omnes velis saluos fieri. Dixit enim: *Egredimini, & videte*. Iterata porrò laudatio, veritatem testatæ laudis confirmat] Vt idem sit dixisse, Pulchra es proxima mea, Pulchra es: ac, verè pulchra es proxima mea. Exornat deinde orationem sponsus, & quod generatim dixit, per partes explicat, singulas laudibus cumulando. *Oculi tui columbæ*.] περιστεραί in recto. Id dictum putat Matthæus διὰ τὸ πολύτεκνον. Quod reuera Columbæ conuenit, quæ foecundissima est. M. Var. lib. 3. de re rustica cap. 7. Nihil columbis foecundius. Itaque diebus quadrigenis concipit, & parit, & incubat, & educat, & hoc ferè totum annum faciunt.] Arist. libr. 6. histor. animal. cap. 4. τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δεκάκις, καὶ ἐνδεκάκις· αἱ δὲ ἐν αἰγύπτῳ καὶ δωδεκάκις. Pariunt autem tum decies, tum vndecies singulis annis. Quæ verò in Aegypto sunt etiam duodecies.] Ex quo Plinius lib. 10. histor. natural. cap. 53. Columbæ decies anno pariunt, quædam & vndecies: in Aegypto etiam brumali tempore.] Licèt postremum non sit ex Arist. mente, cum lib. 6. cap. 4. dicat τίκτει δὲ ἡ μὲν περιστερὰ ὥσπερ εἴρηται, πάσας ὥρας. Pariunt autem columbę omni anni tempore, vt dictum est.] Nimirum libr. 5. capit. 13. Si itaque columbę omni tempore anni pariat, non est cur in Aegypto tantùm, etiam brumali tẽpore eas parere notetur. Aelian. ex Aristot. lib. 1. var. capit. 15. τίκτουσι δὲ αἱ περιστεραὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· ἐνθένδε τοι, καὶ δεκάκις τοῦ ἔτους ὠδίνουσι. λόγος δέ τις φθάνει Αἰγυπτίοις, λέγων δωδεκάκις τὰς ἐν Αἰγύπτῳ τίκτειν. Pariunt columbæ omnibus anni partibus, vnde decies per annum foetum edunt; fertur autem apud Aegyptios, columbas duodecies in Aegypto parere.] Verùm quid oculis cum foecunditate? Quorsum oculi Virginis à foecunditate laudantur? Perbellè quidem. Euseb. imp. à Meursio immò S. Gregor. Nyssen. lucem preferet. ὀφθαλμοί σου περιστεραί· τουτέστι, πνευματικαί· πρὸς μηδὲν ὑλῶδες ἢ σωματικὸν βλέποντες· ἐπειδὴ γὰρ τῷ ὁρατῷ αἱ εἰκόνες, τῇ καθαρᾷ τῆς κόρης ἐκπίπτουσαι, τὴν ὀπτικὴν ἀποτελοῦσιν ἐνέργειαν· ἀνάγκη πᾶσα πρὸς ὅτι ὁρᾷ, τούτου τὴν μορφὴν ἀναλαμβάνειν διὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ καθόπερ δίκην τοῦ ὁρατοῦ τὸ εἶδος ἀναμασσόμενον. Oculi tui columbæ: nimirum spirituales, vtpote qui nihil crassum, aut corporeum respiciant. Cum enim imagines rerum, quæ sub aspectum cadunt, puram in pupillam incidentes, videndi actum perficiant, & absoluant, necesse planè est, omne eius, quod aliquis intuetur, formam per oculum ipsum in se recipere, quę non secus ac speculum visæ rei speciem exprimat.] Idem ferè Plinius libr. 11. capit. 37. Oculi vasa quædam: Visibilem eius partem accipiunt, atq. trasmittunt. Adeoq. iis absoluta vis speculi, vt tam parua illa pupilla, totam imaginem reddat hominis. Ea causa est, vt plerę que alitum oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt.] Cum itaque oculus rei, quam videt speciem recipiat, & formam, vtique videndo foecunda-

Cant. 3.11.

foecundatur, non secus ac muliebris vterus. Ita contigisse quibus Iacob, sacræ litteræ perhibent, posuerat enim Iacob virgas varii coloris in canalibus,
Gen. 30. *Vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. Factumque est vt oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa*. Hinc sancti viri summo studio oculos seruabant, ne vanitates huius mundi intuerentur. Ne fortè desiderium earum in vtero cordis conciperent quia *Concupiscentia cum conceperit parit peccatum*. Non secus ac mulier infantem, peccator peccatum concipit.
Iacob. 1. 15.
Et eisdem penè partus doloribus vexatur cum conceperit peccatum aliquod, vt illud opere compleat. Dauid *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem*.
Psal. 7. 15.
Mulieres in concipiendo voluptatem, in pariendo dolorem sentiunt: secus res est peccatoribus, quibus dolores ingeminantur, cum concipiunt, designantque peccatum: anguntur enim, & cruciantur vt opere, cogitata compleant. Foecunditatem oculorum Saluian. Massil. libr. 3. de gubernat. Dei, aliter etiam explicat, inquit n. volens Deus abscindere cupiditates cordis: extinguere eas penitus foris voluit, ne intus orirentur: & læthaliter crescentibus fibris convalescerent fortasse in animo, si germinassent in visu.] Vt meritò Seneca oculos appellauerit, Irritamenta vitiorum, ducesque sceleris.] Foecunditas autem Sacrosanctæ Virginis meritò à Mattheo foecūditati oculorum comparatur, quia oculus formam, speciemque rei, sine vlla sui labe vel detrimento, recipit. Ita Virgo sacra, Christum Dei filium concepit, ac peperit sine vllo sui detrimento, ac dolore, sine vlla virginitatis labe. *Extra taciturnitatem tuam*;] Ita etiam S. Ambros. libr. de institut. virgin. capit. 1. Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam: eo quod tota spiritualis, & simplex sicut columba, spiritalia videat, & nouerit ea, quæ viderit tacere mysteria. Non enim mediocris est virtus tacere. Est enim & tempus tacendi.] Quam expositionem etiam sequitur in Psalm. 118. serm. 16. Oculi tui columbæ, extra taciturnitatem tuam. Quod & spiritaliter videat, & nouerit tempus tacendi, & loquendi: vt in tempore sermonem suum proferat, ne importunitate loquendi peccatum possit incurrere.] Vt ab oculis ad ora transeat sponsus, laudetque nedum videndi modum, sed etiam loquendi: quòd sponsa à videndo oculos, & à loquendo linguam cohibuerit, & reuocauerit. Taciturnitas enim in muliere laudatur. S. Paulus, *Docere mulieribus non permitto: sed esse in silentio*. Et mulierem mirè ornat. Sophocl. in Aiace. Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Silentium ornamentum affert mulieri.] Est enim peruersæ mulieris garrire. Prouerb. *Mulier ornatu meretricio, parata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis*. Quocirca inquit Plutarc. in præcept. connubial. Eliorum Phidias Venerem testudini insistentem finxit domi manendum significans, & silendum foeminis.] Nam ex Plin. libr. 11. cap, 37. Testudini marinę lingua nulla.] Eusebius à Meursio imp. qui & Gregor. Nyssen. προσέθηκε τῷ ἐπαίνῳ καὶ ἄλλων ὑπερβολῶν, εἰπών; ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου· τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ βίου τὸ μὲν περίδηλον, τὸ δὲ κρυπτὸν, καὶ μόνῳ Θεῷ γνωριζόμενον. μαρτυρεῖ οὖν ἐπὶ τοῦ ἐπαινουμένου προσώπου, πλεῖον εἶναι τοῦ ὁρωμένου προσώπου τὸ σιωπώμενον. Addit laudi sponsę, & aliam excellentiam, dicens, præter silentium tuum. Nam vita bona partim oculis exposita est, & nota: partim occulta, soliqúe Deo cognita. Testatur itaque in persona illa, quæ laudatur, maius idesse, quod reticetur, quàm id, quod in vultu extrinsecus apparet.] Ac si diceret sponsus: Ne quiuis credat me sponsæ omni laude dignæ laudes iam explicasse omnes: nam extimam tantùm rei faciem expressi: quæ oculis omnium patent, laudibus celebraui: at quæ occulta sunt, nec oculis hominum aperta, reticui. Quę autem hæc sint occulta, quæ extra omnem laudationis aleam sint. Polychron. à Meurs. imp. explicat. ἄλλως· διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπαινεῖται, ὡς μὴ ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἐπαινεθεὶς· διπλοῦς γὰρ, ὅτι σφαι- κάμψας

Eccl. 3. 7.
1. Tim. 2. 12.
Prou. 7. 10.
Eccl. 3. 7.

νόμιμος· καὶ ὁ νούμμος. διὰ τοῦτο γὰρ προσεθήκεν ἐκτὸς σιωπήσεώς σου· Binarius oculorum laudatur numerus, quò totus homo laudibus celebretur: ex duabus enim constat partibus, ex visibili nimirũ, & spirituali. Idcirco enim addidit extra silentium tuum.] Perinde ac diceret animam sponsæ hic esse summis laudibus celebratam. licèt enim externa forma, extima facies corporis laudari queat: tamen anima quæ intus latet, & spiritus est, cum laudari nequeat, silentio honoratur. Non absimili dicendi forma Plato, quem sępe sępius sacrarum litterarum dicendi charactere vsum, obseruaui: in Charmid. τί σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος, ἔφη ὁ Σώκρατες, οὐκ εὐπρόσωπος; ὑπερφυῶς ἦν δ' ἐγώ· οὗτος μέντοι ἔφη εἰ ἐθέλει ἀποδῦναι, δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι· οὕτως τὸ εἶδος πάγκαλός ἐστι. Quis tibi ò Socrates adolescens videtur, dicito, numquid non formoso est vultu? Immo mirificè pulchrum esse asero, si quem inquam quis nudaret, deformem vultum eius iudicaret, adeo pulcherrima, & supra omnem decorem species eius formosa est.] Nimirum anima, quæ decorem corporis superabat. quam expositionem sequitur etiam Matthæus in sequenti scholio, licèt hic, Extra silentium, intelligat Virginis incomprehensum partum. quamuis enim fęcunda fuerit, quia & Christum peperit, tamen columba fuit pura, & Virgo. Modus autem, quo in vtero Virginis formatus sit partus, & humanitas fuerit Verbo vnita, quia captum superat hominis, silentio venerandus est.

℣. Capillamentum tuum, &c.

LX. Pag. 27. Capillamentum tuum.] laudauerat sponsus oculos, de quibus Plin. l. 11. cap. 37. Oculi pars corporis pretiosissima, & qui lucis vsu vitam distinguant à morte.] Nunc capillamentum laudat. De quo Apul. lib. 2. metam. Tanta est capillamẽti dignitas, vt quamuis auro, veste, gemmis, omniq. cetero mundo exornata mulier incedat: tamen nisi capillum distrinxerit, ornata nõ possit videri.] *Tamquam greges caprarum* διὰ τὸ ἀναφερές. Flac. capreæ dictæ, quòd omne virgultum carpant.] Var. lib. 2. de re rust. c. 3. Potius syluestribus saltibus delectantur, quàm pratis: studiose de agrestibus fructibus pascuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt, itaque à carpendo Capræ nominantur: ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum, in fundo pascat.] S. Amb. l. de initiand. cap. 7. Capras enim & in altis pasci sine periculo nouimus: & in prærruptis securas cibum sumere.] Ita Santiss. Virgo alta semper mente petebat, & ex quauis re visa fructum Spiritus carpebat. πλάνην κατήργησεν] Plin. lib. 28. cap. 7. Capilli mulieris si crementur, odore serpentes fugari.] Virgo sacra cunctas hęreses interemit, fugatis idololatrię serpentibus.

℣. 3. Velut linea fabri &c.

LXI. Pag. 27. uers. 3. Linea fabri.] Ita ex scholio Matthæi, vt non distorta & contorta labia fuerint sponsæ, sed ad mensuram formata, non prominentia vel pendentia, quæ deformem vultum reddunt. Apul. lib. 3. metamorphos. Facies enormis, os prolixum, & nares hiantes & labia pendula, nec vllum miseræ formationis video solatium.] Turgida etiam vituperat Martial. lib. 6. epigr. 39. At ille sima nare, turgidis labris Ipsa est imago Pannici palestritę.] Epigramatarius lib. 2. cap. 13. eminentia labra Elephantorum proboscidi comparat. Ῥήτορα Μαῦρον ἰδὼν ἐτέθηπεα, ἐγχελιφαντα, χείλεσι τριτταίοις φθέγξιν ἰεῖντα φόνον. Rhetoris obstupui visa proboscide Mauri, Triplicibus cędes dum tonat ille labris.] Chærea in Eunuch. 2. 3. deformem senem describens, ait: Continuò accurrens ad me, quàm longe quidem, Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens.] Non demissis labiis erat sponsa sed rectis ueluti linea fabri, in rectum ducta: Nec ingentibus vel prominentibus sed sicut linea fabri. Sidon. Apol. lib. 1. ep. 2. commendans Theodorici formam: Si forma quæritur: nasus venustissimè incuruus labia subtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata.] Nec modo subtilia, sed coccinea, altera est labiorum laus. Apul. lib. 10. metamor. Lacte, ac melle confecta mem-

bra

bra, labiaſque modicas ambroſio rore purpurantes.] Nazianz. etiam χείλεα πορφυρόεντα vocat. Martial. lib. 8. epig. 56. Et libata dabat roſeis carcheſio labris.] Theocr. Idyl. 15. ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά. Rubicũda labra. σπαρτίον autem fabri lineam dici, auctor eſt Heſych. σπάρτη, στάθμη, τεκτονική. Suid. στάθμη, τὸ σπαρτίον. Quia ſponſa, verba nedum rubra, hoc eſt amoris plena, verùm etiam recta, ad lineam formata, & ad rerum dignitatem aptè, decorèque promebat. S. Ambroſ. in pſalm. 118. ſermon. 18. Sicut reſticula coccinea labia tua. Per reſticulam, vinculum perſuaſionis agnoſcimus.]

LXII. pag. 28. *Sicut cortex mali punici*. Figurata locutio. Malas malo comparans. τὸ μεσαίτατον.] Apol. Sidon. lib. 1. ep. 1. Ad malas medias.] Vel quia cum duæ ſint malæ quę vultum efficiunt, altera media pars erit. Lucret. lib. 1. Pars utraque malarum.] Plaut. in Trin. Ambabus malis expletis.] Ruborem autem malæ ſignificat ſponſus, cum eam cortici mali punici comparat: quia in mala rubor, pudoris, ac verecundiæ ſignum ſpectatur. Plin. lib. 11. cap. 37. Infra oculos malæ, homini tantùm, quas priſci genas vocabant. Pudoris hæc ſedes. ibi maximè oſtenditur rubor.] Rufus Epheſ. de partibus corpor. μῆλα Malę ſub oculis, faciei eminentiæ ſunt, vbi pudoris ſedes eſt, maximeque ibi rubor oſtenditur. Melet. de Nat. hom. cap. de Naribus: Genæ autem quæ & malæ vocantur, ab ipſis μῆλα, connexa oſſa ſunt, quæ cum temporibus coagmentantur; malæ enim ob id μῆλα dictæ ſunt, quod lubricitatem, ac leuitatem quandam, quemadmodum fructus, plerunque oſtendunt: A quibuſdam ob rubedinem mali, ita & hæ nuncupantur.] Rubor autem malarum, pudorem, uerecundiamque ſignificat. Sol. Apol. libr. 1. ep. 2. Lacteæ cutis, quæ proprius inſpecta, iuuenili rubore ſuffunditur, namque hunc illi crebrò colorem, non ira, ſed verecundia facit.] Quæ ſummè laudatur. Sen. ep. 11. Verecundiam, bonum in adoleſcente ſignum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto ſuffuſus eſt rubor. nihil erat mollius ore Pompei, numquam non coram pluribus erubuit,] Ideo Saluſtius de eo: Ore probus.] Subdit Seneca: Fabianum erubuiſse memini, & hic mirè illum pudor decuit.] Decet autem maximè mulieres, quia mirè illas exornat. Crates apud Plutar. in præcept. connub. Ornamentum inquit eſt, quod ornat: ornat autem, quod mulierem ornatiorem reddit. id efficit non aurum, non coccus, ſed quæ verecundiæ imaginem exhibent.] Pulchrè Nazianz. aduer. mulier. ſe ornantes. Αὐτὸς ἐν δὴ γυναιξὶν ἐράσμιον, Αἰδώς. τοῦτο γράφει ζωγράφος ἡμέτερος. Vnicus color in mulieribus amabilis eſt, rubor nimirum ille quem parit pudor, Qui à pictore noſtro pingitur.] Clem. Alex. l. 3. pædag. capit. 11. κάλλος γὰρ ἄριστον πρῶτον μὲν, τὸ ψυχικὸν· ὅτ' ἂν ἡ κεκοσμημένη ψυχὴ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ τοῖς ἐκ τούτου ἐμπνεομένη φαιδρύσμασιν δικαιοσύνῃ, φρονήσει, ἀνδρείᾳ, καὶ σωφροσύνῃ, φιλαγαθίᾳ, καὶ αἰδοῖ· ἧς οὐδὲν εὐανθέστερον. Pulchritudo enim optima, primum eſt animæ quando nimirum anima ornata fuerit Spiritu ſancto & iis quæ ab eo oriũtur inſpirata, gaudio, iuſtitia, prudẽtia, fortitudine, temperantia, bonorum amore, & pudore: quo nullus nitidior præclariorque ſpectatur color.] In malis itaque Dei genitricis ſedes erat pudoris. S. Amb. lib. 2. in luc. didiciſtis uirgines pudorem Mariæ.] Quia adeo inſignis pudor inerat Virgini, vt non ſecus ac à magiſtro in cathedra, ita ab aſpectu eius pudorem diſcebant virgines, genæ enim illæ ſuo rubore, omnes pudore informabãt, verecundiam inſtillabant animis. S. Amb. exhort. ad Virgin. Conſidera quanta fuerit Maria: illa te doceat, quid ſequaris. Angelum in ſpecie viri vidit, & pauebat corde, peregrinabatur aſpectu. decet ſolitudo verecundiam, & gymnaſium pudoris ſecretum.] In malis Virginis pudor, quia in ea velut in ſede propria ſedebat pudor, non diuerſabatur, quia ſemper verecunda, vtpote Virgo.

ỳ. 5. Collum tuum ſicut turris.

LXIII. u. 4. pag. 29. tum remipſam, tum LXX. Lectionem, firmat S. Am-

S. Ambrof. in Pfalm. 118. ferm. 4. Dicit forti animæ fapientia: Sicut turris Dauid ceruix tua, quæ ædificata eft in Thalpioth, mille clypei pendent in ea, omnia iacula potentium. Erecta enim ad Deum ceruix, & iugo Chrifti habilis, quæ nulla in terris illecebrarum inflexione curuatur, ficut Chrifti regalis eft turris, cui iugum fuum Nabuchdonofor non pofsit imponere. Condidit enim turrem illam Dauid, ille manu fortis, & fupra murorum ædificauit excelfa; vt fubfidio pariter, & decori fit. Subfidio, quia hoftem præuidet, & repellit. Decori, quia non folum inter humilia, fed etiam fuper excelfa fupereminet.] Difficile autem inuenire eft, quę nam fit turris in Thalpioth. Matthęus ait efse ἀκρόπολιν arcem Bethlehem. Vtcumque fit, collum fponfæ laudat à rotunditate, & rectitudine. Colli enim laus eft, efse teres. Stat. in Achill. Vt verò à tereti demifit nebrida collo.] Zeno apud Clement. Alexandr. libr. 3. pædagog. capit. 11. ὑπογράφει ὁ Κιτιεὺς Ζήνων, εἰκόνα νεάνιδα, καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνδριαντουργεῖ· ἔστω φησὶ καθαρὸν τὸ πρόσωπον· μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος· μηδὲ ἀνειμένα τὰ τοῦ σώματος μέλη· ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐν τόνοις ὅμοια, ὀρθόνου. Adolefcentulam cum defcriberet Cittieus Zenon, eius imaginem ita effingit: Sit inquit, pura facies, minimè refupinum collum: nec remifsa fint corporis mẽbra, fed erecta, & fimilia rectitudini, quę in tonis reperitur.] Non debet efse collum verfum in dorfum, fed ad inftar turris teres, & erectum. At quorfum collo arma appenfa, ***Mille clypei pendent fuper eam omnia miffilia fortium***? Tum quia iacula mittit pulchritudo, quæ intuentium feriunt oculos, cordaque tangunt: ***Vulnerafti***, inquit fponfus, ***cor meum foror mea fponfa, in vno crine colli tui***. Si vno crine vulneratur cor, quid innumeris, ceterifque colli decoribus? Dauid etiam ait: ***Specie tua, & pulchritudine tua intende***. L X X. ἔντεινον, pulfa, feri. Verbum eft arcum intendentis, vt fagittam iaculetur. S. Ioann. Chryf. ἔντεινον· διὰ τούτου τὸ τόξον ἐδήλωσε καὶ τὸ βέλος. Intende: hoc verbo arcum fignificauit, & fagittam.]

Cantic. 4. 9.

Pf. 44. 4

Tum etiam quia pulchra mulier armis indiget, quò feruetur. Diogen. libr. 6. Εἰδήποτε θεάσαιτο γυναῖον κεκοσμημένον, ἀπῄει ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτῆς, καὶ ἐκέλευε τὸν ἄνδρα ἐξαγαγεῖν ἵππον καὶ ὅπλα. Sicubi Antiftenes ornatam offendifset mulierem, ad domum illius proficifcebatur, iubebatque virum eius equum proferre, & arma.] Quibus iniurias propelleret, & fuam tueretur vitam, vxoris enim pulchritudo multoties mortem infert viro. Abram dixit vxori fuæ, ***Noui quod pulchra fis mulier, & quod cum viderint te Aegyptij interficient me, & te feruabunt***. Et Berfabeę vxoris Vrię pulchritudo (***Erat enim pulchra valde***) caufa fuit mortis viri. Ideo armis opus eft viro, vt fe, vxoremque fuam feruet innocuam. Quocirca Dauid, cum pulchritudinem extulifset, dicens: *Speciofus forma præ filijs hominum*. Illico addit: ***Accingere gladio tuo fuper femur tuum potentiffimè. Specie tua, & pulchritudine tua intende, profpere procede***. Pagnin. Equita.] fume gladium, vt cominus propulses hoftem: intende arcum, vt eminus arceas. Equum profer, & arma. Et fponfa hæc, fatis armata procedebat, vt nullos timeret incurfus. Vtpote Clypeis tecta, quibus fe defenderet: Mifsilibus munita, quibus hoftem impeteret.

Gen. 12 11.

2. Reg. 11.

Pf. 44. 4.

℣. 6. Donec afpiret dies, &c.

LXIV. Pagin. 30. verf. 6. ἀπόθεσις.] Difficile reuera eft reperire quid hic fignificet ἀπόθεσις. quæ vox vtiq. fchema aliquod orationis innuit. Hefychius, & Phauorinus in lexic. ἀπόθεσις ἀπόδοσις. Apothefis eft redditio.] iucundifsimum vtiq. fchema, cum præcedentium membrorum fingulis fingulæ particulæ refpondeant. Obferuauit id Donatus in Terentij Adria Act. 1. fc. 5.-- Adeon' me ignauum putas? Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neque me confuetudo, neq. pudor commoueant, neq. commoueant vt feruem fidem.] ἀπόδοσις ad fuperiora. feritati confuetudo, inhumanitati amor, ingratitudini pudor refpondet.] Apud Hermogen. ἀπόδοσις refpon-

spondet προθέσει. Nimirum cum propositio propositioni respondet, & est quasi Redditio, quæ figura à Rutilio libr. 1. appellatur προσαπόδοσις, ac pariter ab Aquila Romano. Rutilius Lupus Προσαπόδοσις: Hoc schema duobus modis fieri, & tractari potest. Nam sententijs duabus, aut pluribus propositis, sua cuique ratio, vel posterius reddetur, vel statim sub vnaquaque sententia subiungetur.] Aquila Romanus: προσαπόδοσις, Redditio: Nomen, hæc figura, ex eo accepit, quòd idem nomen in postrema parte membri, aut eadem quæcumque pars orationis redditur, est connexa, vnde id membrum, aut is ambitus cœpit.] Streb. lib. 3. de orat. In distributis supposita ratio προσαπόδοσις, dici potest. præstat enim nemini imperare; quàm alicui seruire, sine illo enim honestè viuere licet; cum hoc viuendi nulla conditio est.] Ex quibus intelligitur non errasse Irenæi interpretem lib. 2. capit. 41. dicentis. Falsa est ergo eorum redditio.] Vt voluit Bill. lib. 1. obseru. sacr. cap. 33. vbi inquit. Sed hoc loco ἀπόδοσις explicationem potius, aut accommodationem, transferre debuit interpres.] Sed non rectè, mea quidem sententia, quia Irenæus cum vellet ostendere Gnosticos turpiter allucinatos, qui ex litteris græcis Ιησοῦς, & numeris, ipsis litteris respondentibus, sua firmare figmenta nitebantur; docet, nomen illud non græcum, sed hebræum esse, litteras autem hebraicas cum græcis non conuenire, subdit, Falsa est ergo eorum redditio.] Hoc est, non respondet eorum supputatio litteris illius nominis, cum alius numerus ex alijs litteris eliciatur. Quocirca paulò post quasi declarans, quod supra dixerat, infert. Ex hoc ergo, quod nec secundum numerum litterarum, nec secundum supputationem, conueniunt figmento eorum, manifesta est de reliquis impudenter extorta supputatio.] Huius autem ἀποδόσεως præclarum exemplum, extat apud Isocratem in encomio Helenæ. τοῦ μὲν ἐπίπονον, καὶ πολυκίνδυνον τὸν βίον ἐποίησεν· τῆς δὲ περίβλεπτον, καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν κατέστησεν. Vbi in bimembri comprehensione, miro artificio articulus articulo, copula copulæ, nomen nomini, verbum verbo respondet; immo & idem syllabarum numerus in vtroque reperitur membro: vt penè litteras numerasse syllabasq. expendisse videatur τοῦ μὲν primi membri dissyllabo, respondet τῆς δὲ, secundi membri pariter dissyllabum: ἐπίπονον quatuor syllabarum accentu in antepenultima, respondet pariter in secundo membro περίβλεπτον; quatuor syllabarum, cum accentu etiam in antepenultima. καὶ primi, respondet καὶ secundi. πολυκίνδυνον quinque syllabarum, respondet περιμάχητον, quinque pariter syllabarum, eiusdemque accentus. τὸν βίον, respondet τὴν φύσιν. ἐποίησεν respondet κατέστησεν. Hanc figuram Demetrius Phalereus lib. de elocut. ἀνταπόδοσιν appellat. Et eius auctorē Gorgiam facit Cicero lib. de orat. Paria paribus adiuncta, & similiter definita, itemque contrarijs relata contraria, quæ sua sponte, etiam si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus inuenit.] Verùm hoc schema nullo pacto hic, neque textui græco, neque hebraico, aptari posse constat. aliud itaque hic voluisse Matthęum per ἀπόδοσιν, dicendum est. & ex mea sententia clausulam significare voluit, conclusionem, seu complexionem totius drammatis: vt finem, rationemque exprimat, cur sponsam laudibus adeo euexerit sponsus, nimirum vt eius captans amorem ei morem gereret obsequendo, & eum euntem ad Libani montem, & thuris, sequeretur, & ideo dicit, *Donec aspiret dies, & amoueantur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ & collem thuris*. Hoc intermedio tempore; quo sol occidit, & iterum oritur, diemque efficit, dum amouentur vmbræ, ego pergam ad montem myrrhæ, & thuris, quo etiam vt te conferas exopto, & peto. Idque significare ἀπόδοσιν colligo ex Demetrio Phalereo, qui de periodo, & partibus eius agens, vbi statuisset periodum ex quatuor membris, vltimum membrum periodum claudens, appellat ἀπόδοσιν. Et

ita laudans periodum illam historicam Xenophontis libr. 1. de expeditione Cyri: Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο, πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης· νεώτερος δὲ Κῦρος. Darij, & Parisatidis duo fuere filij: quorum natu maior Artaxerses, minor Cyrus erat.] De hoc vltimo membro inquit: ἑδραία γάρ τινι καὶ ἀσφαλεῖ καταλήξει ἔοικεν αὐτῆς ἡ ἀπόθεσις. Solidæ enim inquit, cuidam, & firmæ terminationi similis videtur eius clausula.] καταλήξει ἀπόθεσις comparat: nempe ei, in quod aliquid desinit, siue in quo terminatur. quia ἀπόθεσις est id, quod claudit, & terminat periodum. Idque paulò ante vocauerat, τελευταῖον κῶλον, vltimum membrum: quod tum magnificam, præclaramque reddit periodum, quum longè protrahitur. ἀπόθεσις etiam ab Aristotele lib. 3. Rhetoric. vocatur τελευτής; quum ait: περίοδός ἐστι λέξις ἀρχὴν ἔχουσα, καὶ τελευτήν. Periodus est dictio principium habens, & finem.] Et ab ipso Demetrio sæpius τέλος appellatur. Et infra agens de structura narrationis, cum tradidisset fugiendam esse longitudinem membrorum, & incisis potius vtendum, quemadmodum Plato in exordio lib. 1. de Repub. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν, ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. Descenderam heri in Pyræum cum Glaucone Aristonis filio, vt & Deam precarer, & celebritatem spectarem quonam modo acturi essent, quæ tunc primùm agebant.] Subdit πυκναὶ γὰρ αἱ ἀναπαυλαί, καὶ ἀποθέσεις. Crebræ enim sunt stationes, & clausulæ.] Translatione ducta à vijs, quæ cum crebras habeant requietes, & cauponas, faciliores redduntur, & iucundiores: ita & narrationes, quæ crebris terminantur incisis. Sed clarius Ioan. Tzetzes in lib. prim. Hesiodi operum, in illud οὕτως οὔτι που ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. Sic non vlla Iouis mentem euitare potestas.] Ait: τὸ σχῆμα ἐπιλογικόν, καὶ συμπερασματικώτατον· κατὰ δὲ ποιητὰς, καλεῖται ἀπόθεσις. Schema quod est peroratio, & summa complexio, à Poëtis quidem appellatur ἀπόθεσις.] ἐπίλογος autem, extrema pars est orationis: sicut & complexio est extrema pars enthymematis, quæ & conclusio dicitur, vt liquet ex Fabio libr. 1. institution. orat. cap. 14. & ex Auctore ad Herennium lib. 1. Rethoricor. Complexio, est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis.] Et lib. 1. de inuentione. Complexio est, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione breuiter exponitur.] Verùm Matthæus ipse sit suiipsius interpres: infra namque capit. 5. vers. 16. ait: ἀπόθεσις τῶν κατὰ μέρος γνωρισμάτων τῆς περιόδου λόγου. Ac postea: τὰ ἐκείνου μέρη ἀκριβῶς διεξελθοῦσα ἐπάγει, τοιοῦτος ἐστὶ ἀδελφιδός μου. Illius accuratè recensitis partibus Mater infert, Eiusmodi est nepos meus.] & capit. 8. ἀπόθεσιν opponit exordijs cantionum: dicens: οὐδὲ μόνον γὰρ τὰς ἀποθέσεις. Magnum ethymologicum, verbo Ἀπο. ἔστι γὰρ ἐπίρρημα ἀφοριστικόν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἤδη εἰρημένοις ἐπιλεγόμενον, ἀφορίζει αὐτά· τὸ αὐτὸ δὲ καλεῖται ἀπόθεσις λόγου. Est enim aduerbium distinguens, & definiens: quod cum præter iam dicta colligit, diuidit, & definit ea, idipsum sanè rationis complexio dicitur.]

V. 7. Tota pulchra proxima, &c.

LXV. Pagin. 70. vers. 7. Non humana laudatio, sed Dei, qui falli nequit. S. Ambros. libr. de fide resur. Iudicio Domini adhuc tota formosa, tota irreprehensibilis. Sic enim scriptum est: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te.] Nam ille vere formosus est, qui nihil in se habet reprehensione dignum. Nec vna tantum, sed omni parte formosus. Rectè Seneca epist. 33. Non est formosa cuius crus laudatur, aut brachium, sed illa cuius vniuersa facies admirationem singulis partibus abstulit.] S. Ambr. libr. 1. de Virginib. Hæc profectò vera pulchritudo est, cui nihil deest, quæ sola mere- Cantic. 4. 7.

mere-

Cant.4. 7. meretur audire à Domino: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te. Veni huc à Libano, veni à Libano, transibis, & pertransibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à latibulis leonum, à montibus pardorum. Quibus indicijs ostenditur perfecta, & irreprehensibilis virginalis animæ pulchritudo, altaribus consecrata diuinis.] Tunc enim reuera dici potest anima illa tota formosa, cum se votis Deo consecrat corpus, animamque suam ei offerens in sacrificium perenne.

℣. Veni à Libano, &c.

LXVI. Pag. 31. lin. 7. ὅτι τεθεωμένη.] Ita Christiani hominis laudes prosequens S.Gregor. Naz. oration. 2. de Pascha, ait: τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον. Eius apud Deum propensione, & nutu, diuinitatem consequutum.] Idque Nicetas explicat: Extremum, inquit, mysterij, hoc est, vt homo nutu, & subiectione ad Deum, Deus efficiatur. Deum autem fieri, est illuminationis diuinæ participem fieri, non autem ad diuinam essentiam migrare.] Nostri Theologi id concisius dicerent, hominem effectum Deum, non natura, sed participatione. S. August. in Psal. 137. Illa diuinitas Patri æqualis, facta est particeps nostræ mortalitatis, non de suo, sed de nostro; vt & nos efficeremur participes diuinitatis eius, non de nostro, sed de ipsius.] S.Ioann. Damasc. orat. 1. de natiuit. Virginis: τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σαρκώσεως, καὶ τῆς ἡμῶν θεώσεως. Incarnationis Verbi, & nostræ deificationis.] Theophanes Episc. Nicæn. ep. 3. θεώσας τὴν προσληφθεῖσαν αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς φύσιν, μεταδίδωσιν ἡμῖν εἰς μετάληψιν τούτου καὶ κοινωνίαν· ἵν' ὥσπερ προσφυῶς μεταλαβὼν ἐκεῖνος τῆς ἡμετέρας φύσεως γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς· οὕτω καὶ ἡμεῖς μετασχόντες τῆς τεθεωμένης ἐκείνου σαρκὸς, γενώμεθα ἄνθρωποι τεθεωμένοι, καὶ διὰ τοῦτο υἱοὶ μὲν θεοῦ κατὰ χάριν, ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ κατὰ σάρκα. Deificauit sumptam à se naturam nostram: in cuius assumptionis, ac communionis partem nos vocat: vt quemadmodum accepta ille primùm natura nostra, factus est verus homo: ita & nos carnem eius deificatam participantes, deificati homines efficiamur, ac propterea Dei filij ex gratia, ipsius verò fratres per carnem.] Ac paulò post, id nos in baptismate cōsequi tradit, in quo, asserit nos, θεοὺς κατὰ χάριν γεγεννημένους. Deos per gratiam effectos.] S.Aug. ho. 9. de natiuit. Domini: Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus.] Meritò itaque Matthæus, τεθεωμένην appellauit Virginem, quam S. Ioann. Damasc. orat. 1. de natiu. Virgin. appellat θεῖον ἔμψυχον ἄγαλμα Diuinum, animatumq. simulachrum. Nisi fortè, per id Deo consecratam sacram Virginem innuerit, inhærens expositioni S.Ambros. lib. 1. de Virginibus: Veni huc à Libano, veni huc à Libano: transibis, & pertransibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à latibulis leonum, à montibus pardorum. Quibus indicijs ostenditur perfecta, & irreprehensibilis virginalis animæ pulchritudo, altaribus consecrata diuinis, inter occursus, & latibula spiritualium bestiarum non inflexa mortalibus.] Et in Exhortatione ad Virgin. Ades huc à Libano, sponsa, ades huc à Libano, transibis, & pertransibis à principio fidei. Non solùm transit Virgo, sed etiam pertransit, quæ festinat ad sponsum. Transit sæculum, pertransit ad Christum. Vel quia ea, quæ Christo se dicauerit, transeundo ad cęlestia, terrena pertranseat.] Idque significare sponsum illis verbis, Ades huc Ades, exponit, lib. de Isaac. cap. 5. Ades, inquit, Ades. Bene repetiuit: quia siue præsens, siue absens adesse, & placere Domino Deo tuo debes. Adest mihi, qui exit de sæculo: adest mihi, qui me cogitat, me intuetur, de me sperat: cui ego portio sum. Adest mihi, qui abfuerit sibi: adest mihi, qui se negauerit sibi. Et ideo ades sponsa, transibis, & pertransibis à principio fidei. Transit, & pertransit ceteros, quæ ad Christum peruenit. Transit fidei merito, & operum claritate, quæ lucet sicut Sanir, & Hermon.] Quæ meritò fons signatus dicitur, eò quòd imago Dei inuisibilis in illa expri-

N 2 ma-

matur.] Qui ergo Deo se dicat, consecratque, venire debet ad Deum de vertice Hermon, & Sanir, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. S. Hieronym. lib 1. aduers. Iouinian. Veni à Libano sponsa, veni à Libano. Venies & pertransibis ab initio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à cubilibus leonum, à montibus leopardorum. Libanus λδυκασμὸς, idest candor interpretatur. Veni ergo sponsa candidissima ab exordio fidei, & ex Sanir, quod interpretatur Deus lucernæ. Iuxta illud quod in Psalmo legimus: *Lucerna pe-*
Ps.118. *dibus meis verbum tuum*. Et Hermon idest consecratione: & fuge leonum cubilia, & leopardorum montes, fuge superbiam dæmonum, vt postquam mihi fueris consecrata, possim tibi dicere:
Cant.4. 9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.*] De Sanir venire debet sponsa, quæ Deo consecratur. S. Hieronym. Ezech. 27. Sanir interpretatur, Via lucernæ: aut vt nos veriùs arbitramur, Deus vigiliarum.] Eò quòd iugiter vigilare debeat. & oleum in lampadibus habere quò veniente sponso, illico ei aperire possit, & cum eo introire ad nuptias. In hisce autem montibus esse leonum cubilia, & pardorum, constat ex Habac. *Iniqui-*
Habac. 2.17. *tas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit te*. Olympiodorus in cat. Ierem. cap. 50. vers. 44. *Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis.* Γαιμάθ τόπος τῦ Ιορδάνου ἐν ᾧ πολλοὶ λέοντες. Gæmath locus est Iordanis, in quo multi sunt leones.] Hos autem montes in Iordane esse elicitur ex S. Hieron. lib. 3. in Matth. cap. 16. Augustus Iuliadem trans Iordanem exstruxit. Iste locus est Cæsareæ Philippi vbi Iordanis oritur ad radices Libani, & habet duos fontes, vnum nomine Ior, & alterum nomine Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.] Euseb. siue Gregor. Nyssen. in cant. ἀπὸ κεφαλῆς ζανεὶρ καὶ Αερμὼν· ἐντεῦθεν προχεῖσθαι φασὶ τὰς τῦ Ιορδάνυ πηγὰς, ὧν ὑπέρκειται τῦτο τὸ ὄρος δύο λοπιαῖς μεμερισμένον, ᾧ ταῦτα ἐπίκειται τὰ ὀνόματα σανεὶρ καὶ Αερμών. A capite Sanir, & Aermon. Hinc enim dicunt manare fontes Iordanis, supra quos situs est hic mons, qui diuiditur in duo cacumina, quibus imposita sunt nomina Sanir, & Aermon.] Ex quibus intelligitur S. Hier. lib. 8. in Ezec. c. 27. dicens: Sanir mons ipse est qui & Hermon.] Cum vt distincti montes recenseantur in Paral. *Possederunt terram à finibus* 1.Paral. 5.23.
Basan vsq. Baal Hermon, & Sanir, & montem Hermon. Quia nimirum, vnus mons in duo cacumina diuisus, duos efficiebat montes. Broccard. lib. 2. itiner. Vltra Iordanem sunt varij montes, nempe mons Seir, mons Hermon, mons Libani, mons Galaad: qui tamen omnes sunt vnus mons continuus, nisi quòd in diuersis locis diuersa sortitur nomina.] Verùm cum sacræ litteræ duorum Hermon meminerint, quis erit hic Hermon de quo sponsus loquitur? Duo planè erant montes Hermon trans Iordanem, alter modicus, & paruus, de quo Dauid
De terra Iordanis, & Hermonijm à mõte modico. Ps.41. Alter altior, & maior, simpliciter dictus Hermon. S. Hier. in epit. Paulæ. Aspiciebat procul montes Hermon, & Hermonijm.] Montes, non montem, quia nimirum duo sunt. Hunc autem montem Aermon, montem puto esse Hermonijm. Alterum vero appellari non ἀερμὼν, sed ἑρμὼν. Et aliquando βαὰλ ἑρμὼν. Theodoret. Psal. 41. Hermonijm montem Aermon, vocat.] Qui & Seon appellatur. Deut. *Trans Ior-* Deuter. 44.8.
danem ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsque ad montem שיאן Sion, *qui est Hermon*. LXX. ἐπὶ τῦ ὄρους τῦ Σηὼν, ὅ ἐστι ἀερμών. In monte Seon, qui est Aermon.] De quo Theophrast. lib. 9. histor. plant. cap. 7. ὁ δὲ κάλαμος γίνεται, καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλον τι τὸν λίβανον, μεταξὺ τῦ τε Λιβάνου, καὶ ἄλλου τινὸς ὄρυς μικρῦ ἐν τῷ αὐλωνίσκῳ τύτῳ· καὶ ὐκ ὥς τινές φασι τῦ ἀντιλιβάνυ· καὶ μεταξὺ τούτων ἐστὶν, ὃν αὐλῶνα καλῦσι, πεδίον πολὺ καὶ καλόν. Calamus autem, & iuncus trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem modicum, valle minima gignuntur. Non vt quidam dixere inter Libanum, atque Antilibanum. Inter hos etiam campus amplus & pulcher est, quem Aulonem appellant.] Quæ Plinius sic transtulit in lib. 12. cap. 22. Inter Libanum montem, alium-

aliumque ignobilem non (vt quidam existimauere) Antilibanum, in conualle modica iuxta lacum, cujus palustria æstate siccantur, tricenis ab eo stadijs, calamus, & iuncus odorati gignuntur.] Adstipulatur Polyb. libr. 5. histor. ἐνέλαβεν εἰς τὸν αὐλῶνα τὴν προσαγορευόμενον Μαρσύαν· ὃς κεῖται μὲν μεταξὺ τῆς κατὰ τὸν Λίβανον καὶ τὸν ἀντιλίβανον παρωρείας· συνάγεται δ' εἰς στενὸν ὑπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν· συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν τόπον ᾗ στενώτατός ἐστι, διείργεσθαι τενάγεσι καὶ λίμναις, ἐξ ὧν ὁ μυρεψικὸς κείρεται κάλαμος. Profectus ad Marsyam nomine, venit ad Aulonem, quæ inter Libani, & Antilibani radices sita, in angustum spacium ab ijsdem cogitur montibus. Qua parte autem maximæ sunt angustiæ, paludes interiacent, ac lacus, in quibus calamus odoratus colligitur.] Licèt aliquando Hermon accipiatur pro vniuerso tractu montium. Deuteronom. *Tulimusque*

Deut. 3. 8. *illo tempore terram de manu duorum Regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon, vsque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorræi Sanir.* LXX. οἱ φοίνικες ἐπονομάζουσι τὸ ἑρμὼν σαριών. καὶ ὁ ἀμορραῖος αὐτὸ σανίρ. Phoenices cognominant Hermon Sarion, & Amorręus cognominauit eum Sanir.] Mons itaque ἑρμὼν Hermon idem est ac Sanir, & Sarion. At Deuteronom. 4. Ἀερμὼν Aermon idem est ac Seon, siue Sion trans Iordanem, per ש non per צ, Tsion, qui mons est in Hierusalem. Eccles.

Eccl. 24. 17. *Sicut Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion.* Gręc. ἐν ὄρεσιν ἀερμὼν, In montibus Aermon. Latinus autem interpres vertit Sion, intelligens monten Seon. Non Tsion, sed שיאן Sion, per ש non צ. Quia Sion ipse est mons Aermon ex Deuteronomio 4. Rectè itaque S. Hieronymus inquit Sanir mons ipse est, qui & Hermon.] Non Aermon, Nyssenus verò cum Sanir, & Aermon esse duos montes ait, non intellexit duos reuera montes esse, sed potius duo montis cacumina. Idque à nemine hucusq. obseruatum, comperi. Ab horum itaque vertice montium sponsam in Hierusalem sponsus aduocat. Nam qui in visione pacis esse cupit, opus est vt cubilia leonum relinquens, & montes pardorum, ad Christum accedat. At quomodo verùm est id, quod subdit Matthęus, Iacob hos conscendisse montes, cum fugeret à Laban? Nam Genes. 32. dicitur confugisse in montem Galaad, non Sanir, vel Hermon, aut Libani. Rectè quidem, nam vnus mons Libani omnes istos complectitur. Ierem. *Galaad tu mihi initium Libani.* S. Hieronym. de loc. hebraic. Galaad mons, ad quem septimo die profectionis è Charris Iacob profugus venit, est Gen. 31.
autē ad tergum Phęnices & Arabię, collibus Libani copulatus: extenditurque per desertum, vsque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim Rex Seon Amorręorum.] Et in capite 22. Ierem. Galaad trans Iordanem, in quo monte Laban fugientem consequutus est Iacob, & mons iuxta Genesim, nomen accepit σωρός: idest tumulus testimonij. Est autem caput siue principium Libani montis excelsi.] Ibiq. etiam esse Aermon liquet: nam dicitur in lib. Iosue, Aermon in terra esse Maspha: *Eueum qui habitabat ad ra-* Iosue 11. 3.
dices Hermon. LXX. ἀερμὼν Aermon *In terra Maspha.* Et Iudic. *Maspha* Iud. 11. 19.
quoque Galaad. Et Iudic. 3. *Eueum* Iud. 3. 3
qui habitat in monte Libano de monte Baal Hermon. LXX. clarius τὸν εὐαῖον τὸν κατοικοῦντα τὸν Λίβανον ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ βαὰλ ἑρμὼν, ἕως λαβὼ ἡμάθ. Eueum qui habitat Libanum à monte Baal-Hermon, vsque ad introitum Emath.]
Et Iosue *Coepit Iosue omnem regionem* Ios. 13.
montanam, & partem montis Seir vs- 5.
que Baal gad per planitiem Libani subter montem Hermon. Euseb. apud Agellium nostrum in Psalm. 132. 3. ἀερμὼν ὄρος, καὶ τοῦτο τῇ γῇ διαφέρον τοῦ Ισραὴλ, τοσαύτην ἔχον δρόσον, ὡς σταγόνας τοὺς κεράμους ἐκπέμπειν, οὓς τῇ Σιὼν φησὶ ἐπιφέρεσθαι: κεῖσθαι δὲ φασί τινες αὐτὸ παρὰ Λιβάνῳ, καὶ χίονα φέρειν πολλὴν, ἣν ἐκάλεσε δρόσον. Aermon mons est, qui terram Israel disterminat tam multo rore abundans, vt stillas fictiles proferat, eæque in Sion afferantur, situmque nonnulli esse dicunt in

Libano, & niuem multam habere, quam rorem appellauit.] Cum itaque sponsæ laudes prosequutus esset sponsus, eamque planè omnibus partibus formosam comperisset, non ferens eius absentia seiungi, hortatur eam, vt relictis rigentibus verticibus Libani, Amana, Sanir, & Aermon, deserat deserta ea, & inhospita tesqua, pardis, leonibus, omnique ferarum genera horrifica, & ad eum se conferat: & corollis, lætisque hortorum Hierusalem delitijs perfruatur. Διὰ τοῦ Λιβάνου, θεὸν δεδήλωκε.] S.Hieronym. in cap.2. Habac. Libanus mons iuxta græcum sermonem ὁμώνυμος est Thuri, Thus autem σύμβολον est spiritualis thymiamatis, quod est cultus Dei.] Hinc Deum significat, vt patres omnes exponunt in Magorum muneribus, qui thus Christo offerentes, eum Deum confessi sunt.

℣. 15. Puteus aquæ viuentis, &c.

LXVII. Pag. 34. lin. 23. Διὰ τὸ βαθὺ καὶ δυσεξερεύνητον.] Propter profundam, & inuestigabilem. Excidit à typographo (difficillimè.) Id enim reuera significat δυσεξερεύνητον, quod difficillimè inuestigari potest. Alludit Matthæus ad sententiam S. Pauli: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* ὡς βαθύ. Tertull. libr. aduers. Hermogen. & S.Hilar. in Psal.129. O profundum.] At qui fieri potest, vt incomprehensibilia sint iudicia, & Inuestigabiles viæ eius? Nonnulli putant, mendum hic esse, & legendum ininuestigabiles, nam græce est ἀνεξιχνίαστοι imperscrutabiles. Attamen constanter omnes latini Patres legunt *inuestigabiles*. S. Hilar. in Psalm. 129. O profundum diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm sunt inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?] S. Cyprian. libr. 3. ad Quirinum: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quàm inuestigabiles viæ eius?] S. Prosper libr. 2. de vocat. gent. cap. 9. Altitudo quippe diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viæ.] Et pariter libr. 1. capit. 13. S. Ireneus libr. 1. aduer. heres. cap. 4. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & agnitionis Dei, quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?] S. Hieron: in cap. vlt. Oseæ. O profundum diuitiarum sapientiæ, & scientię Dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius?] S. Ambros. libr. 4. de fide cap. 6. Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius?] Vnus Tertull. libr. aduers. Hermog. cap. vlt. O profundum diuitiarum, & sophię, vt ininuestigabilia iudicia eius, & ininuestigabiles vię eius.] Ita legit Pamel. licèt Rhenan. non modò in libr. aduers. Hermogen. sed etiam aduers. Marcion. constanter legat, Inuestigabiles. Et reuera ita patres latinos legisse sentio. Duplex autem interpretatio illius verbi afferri potest. Prima, vt inuestigabiles, sit nomen compositum, ex præpositione In, negantis significationis, & vestigabiles, ac significet non vestigabiles. Ita Festus: Incomitem, sine comite.] Plaut. Bacchid. Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus vino.] Plinius epistol. 187. Inamabile, inamœnum.] Cic. libr. 2. officior. Partim sunt inanima, vt aurum argentum.] Et sexcenta alia sunt nomina eiusdem significationis. Vnus sat erit Plautus, qui eodem fere dicendi charactere vtitur. Amphitr. 4. illam quæstionem inquisitam hodie amittere.] Idest inexploratam. Et Act. 2. Mulier istam rem inquisitam certum est non amittere.] ibi Lambin. Inquisitam. Non quæsitam: non exquisitam. ἀνερεύνητον, ἀνεξέταστον.] Sicut ergo inquisitus ab inquiro, hoc est inuestigo, aliquando significat idem ac exploratus: Liu. lib. 7. Tertiam, quā ipse pro inquisita, ac sibi comperta affert.] Aliquando verò non quæsitus, ac non exploratus. Ita inuestigabilis aliquando significabit id quod quæri, & explorari potest: aliquando verò ad formam inquisiti, quod vestigari nequit & explorari. Et in hoc sensu reperio verbum hoc apud S. Maximum hom. 5. in Natali Domi-

Rom. 11. 33.

Domini: Inuestigabiles humanis sensibus dispositiones esse diuinas, ipsa operum Dei altitudo testatur: sed eò magis nobis Christi sunt veneranda mysteria, quo magnitudine sui, capacitatem ingenij mortalis excedũt. Et ideo fratres cum annuntiatur nobis sempiternus ille vnigenitus Dei patris sub fine temporum nasci voluisse de fœmina, infantiam perpeti nostræ carnis: tantæ dignationis gratiam non debemus examinare sed credere: nec discutere, sed mirari.] Secunda autem interpretatio erit, vt inuestigabiles significet, vestigabiles, quæ vestigari & indagari possunt. Adeo vt incomprehensibilitatẽ etiam hoc pacto significet: Licet enim quis in inuestigando operę non parcat suæ, istis tamen vestigijs ad rei caput nunquã perueniet: vt venaticus canis iugiter predã insequetur, nunquã tamen assequetur: licèt omni mente in ea cogitatione, curaq. versetur, vt odoretur quam sagacissime possit quid sentiat, quid velit, quid sit Deus: nunquam tamen comprehendet. In hoc sensu videtur S. Hilarius exponere, cuius verba libet exscribere, & explicare, quia fortasse incuriosum lectorem fallerent, & in alium sensũ quis detorqueret. Inquit enim in Psal. 129. O profundũ diuitiarum, &c. Humanæ infirmitatis religiosa confessio est, ex Deo hoc solùm nosse quod Deus est. Ceterum secreta illa & profunda imperspicabilis iudicij decreta, mens terrena non penetrat. Inuestigare quidem ea perscrutariq. pium est: sed inscrutabilia ea esse & inuestigabilia confitenda sunt: quorum est alterum religiosæ voluntatis, alterum inperspicabilis naturæ.] cum itaque ait inscrutabilia esse & inuestigabilia, non eiusdem significationis verba protulit, sed diuersæ: vt sint inscrutabilia, hoc est, quę scrutari non possunt, & pariter inuestigabilia, cum inuestigari queant. Sunt inscrutabilia, quia comprehendi nequeunt, non tamen ideo vestiganda non sunt, vestigari namque possunt. subdit enim redditionem rationis: Quorum alterũ est religiosæ voluntatis.] nimirum perscrutari & vestigare. dixerat enim inuestigare ea perscrutariq. pium est. Alterum imperspicabilis naturæ,] quia dixerat, secreta illa & profunda imperspicabilis iudicij decreta, mens terrena non penetrat. non quidem non vestigat, sed licèt diu vestiget tamen non penetrat, non comprehendit. Perspicuè & clare S. Ambr. tract. in Symb. cap. 10. S. Apostolus iudicia Dei licèt incomprehensibilia esse testetur, non tamen ea prorsus inscrutabilia & occulta decernit: ideo non dixit, impossibilia inueniuntur iudicia Dei, aut nunquam apprehensibilia; ne spem penitus inquirentium amputare videretur: sed incomprehensibilia sunt iudicia eius, (addo: nam iunctura orationis id necessario poscit,) & inuestigabiles vię eius. quia quamuis proficiat quis in scientia Dei: & sapiẽtiæ arcana rimetur, tamen creata natura increati substantiam, vt talis est nunquam potest ad plenum comprehendere, nam cum de illa aliqua apprehenderit, alia plurima se rursum offerũt quæstioni: & cum illa perceperit, alia etiam altiora quæq. occurrunt. Tanta itaque quærenti inuestigandi materia suggeritur, vt reliquorum perscrutatio obliuione inuoluat etiam priorum scientiam] S. Prosper etiam hanc innuit expositionem qui cum lib. 1. de vocat. gen. cap. 9. latè tractasset S. Pauli sententiam subtexuit cap. 10. Patienter igitur, & æquanimiter ignoretur tam remotum ab humana cognitione secretum, nec tamen quia nequeunt clausa penetrari, ideo etiam reseratorum est prætereundus introitus.] non secus ac is qui in labyrinto est, licèt multiplici gressu egressum non reperiat, tamen non ob id omittit egressum, viarumque exitum inuestigare, sed constanter vestigia noua terit vt extricetur ab inextricabili errore. Ita licèt incomprehensibilis sit Deus, tamen viæ quædam se nobis vestigabiles offerunt, in quibus cum vestigia figimus, in Dei cognitione ambulamus quidem, non tamen planè eum comprehendimus quia semper restat aliquid vestigandi, nec ad terminum, exitumque viarum vnquam pergere valemus. Idque proprie significat gr. ἀνεξίχνιαστοι non modo imperuestigabiles, sed vias quas licet quis calcet, & terat, nunquam tamen ad exoptatum locum pergat, ἐξιχνιάζω, namque

namque non significat simpliciter quærere & inuestigare, sed inuestigando consequi id quod quærebatur. Plutarc. λανθάνοντας ἐξιχνεύων καὶ λαμβάνων, eos qui se occultabant inuestigabat, & consequebatur,] & Lucian. ἐξιχνευτέον τὰ θηρία indagandæ sunt feræ.

AD CAPVT QVINTVM.

℣. 1. Comedi panem meum, &c.

LXIIX. pag. 36. lin. 9. Comedi panem.] ita LXX. Vulgata, *Fauum.* Quia reuera panis corporis Christi, panis videtur, qui omne delectamentum in se habet: Fauus tamen mellis est: cibat enim
Ps. 80. 17. nos Dñs ex adipe frumenti, & de petra
1. Cor. 10. melle satiat nos. *Petra autē erat Christus.* Heb. יערי *ianghari*, a radice יער sylua, & quia in syluis terræ Chanaham magna mellis copia erat, ideo aliquando fauum mellis significat 1. Reg. *Et intin-*
1. Reg. 14. *xit in fauum mellis.* LXX. εἰς τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος· At hic dumtaxat, ἄρτον reddiderunt. De sacro verò Eucharistiæ sacramento exponit etiam hęc verba S. Ambros. lib. 2. de Cain cap. 5. Vis manducare, vis bibere? Veni ad conuiuium sapientię, quę inuitat omnes cum
Prou. 9. magna prędicatione dicens: Venite & edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. Delectant Cantica quę epulantem demulceant? Audi hortantem, audi cantantem Ecclesiam, non solum in canticis, sed etiam in Canticis
Cant. 5. 1. canticorum: Manducate proximi mei, & bibite & inebriamini fratres mei. Nec verearis ne in conuiuio Ecclesię, aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diuersi potus, aut conuiuæ nobiles desint, aut decentes ministri. Quid Christo nobilius, qui in conuiuio Ecclesię, & ministrat, & ministratur? istius conuiuę recumbentis annecte te lateri, ac te Deo coniunge. Nec fastidias mensam quam Christus elegit, dicens: Introiui
Cant. 5. in hortum meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham, cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. In horto, hoc est in paradiso est conuiuium Ecclesię.] Non carpitur tantùm myrrha, & aroma, sed vindemiatur: largè, abundè aromata in hoc conuiuio colliguntur. Manducantur species panis, sed cum melle: quia Christus dulcedo est ineffabilis: Locus autē vbi conuiuium apparatur Hortus, siue paradisus delitiarum est, quia dulcis est panis Christi, & prębet delitias Regibus. Verùm in hoc conuiuio conuiuantur amici, proximi, carissimi, fratres: hoc est qui charitate & gratia Deo cōiuncti sunt, vt notauit Eusebius, siue Nyssen. à Meursio Imp. ταῦτα εἰπὼν πρὸς τὴν νύμφην ὁ λόγος, παρατίθεται τοῖς πλησίοις διὰ τῶν ἄρτων γεγονόσι τὰ τοῦ εὐαγγελίου μυστήρια, λέγων. φάγεται οἱ πλησίον, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε ἐκ τῆς τοιαύτης βρώσεώς τε καὶ πόσεως· καλῶς δὲ τοὺς ἀξίους τῆς βρώσεως ἀδελφοὺς προσηγόρευσεν· ὁ γὰρ ποιῶν τὰ θελήματα αὐτοῦ, ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ κατονομάζεται. Hæc ad sponsam dicens verbum, apponit, propinquis ~~per~~ hisce panibus effectis, Euangelij sacramenta, dicens: Comedite propinqui & bibite, & inebriamini ex hoc cibo & potu. Pulchrè autem fratres appellauit eos qui dignè comedunt; nam qui facit volun- Matt. 12. 50.
tatem eius, eius frater, & soror, & mater nuncupatur.] Psellus etiam: τὸ σῶμα δίδωσιν αὐτοῖς τοῖς τέκνοις τοῦ παρθένου. φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτοὺς πλὴν μόνοις τοῖς ἀξίοις, Οὓς καὶ πλήσιον εἴρηκεν ὄντως αὐτῆς τυγχάνειν. φάγετε οἱ πλησίον μου. πίετε καὶ μεθύσθητε ἀδελφιδοί μου. Ὅσοι πεφύκατέ, φησι, τοῖς ἔργοις ἀδελφοί μου, τὸ σῶμα μὲν μου φάγετε, τὸ δ' αἷμα πίετέ μου, εἶτα μεθύσθητέ φησιν, ἀπὸ τῆς εὐφροσύνης, Καὶ πάντων μέθην, lego λέθην λάβετε τῶν κοσμικῶν φροντίδων, ὡς ἐν ἐκστάσει δηπουθεν γενόμενοι τῇ μέθῃ. Corpus ipsis dat Virginis filijs. Sic enim alloquitur illos, illos inquam dignos dumtaxat, quos & propinquos suos esse dixit. Comedite Cant. 5. 1.
propinqui mei, & bibite, & inebriamini fratres mei. Quotquot operibus, inquit fratres estis mei: Corpus meum comedite, sanguinemque bibite meum. Mox inebriamini præ lætitia subdit, & velut in exstasi constituti ex ebrietate, omnium prorsus sęculi curarum obliuiscimini.]

scimini.] Quæ postrema verba videntur esse S. Ambr. in Psal. 118. serm. 13. Bona ebrietas atque iucunda, facit quendam mentis excessum, vt immemor sollicitudinum animus noster, vino iucunditatis hilaretur.] Fratres suos Christus appellat, filios spiritu sacratissimæ Virginis Mariæ eius matris.

℣. 3. Expoliaui tunicam meam, &c.

LXIX. pag. 37. vers. 2. Ex persona primi Adami.] Ita pariter S. Ambr lib. de Isaac c. 5. Exui tunicam meam. Exui enim tunicam illam pelliceam quam acceperunt Adam & Eua post culpam, tunicam corruptelæ, tunicam passionum.] hanc mortalitatis tunicam Christus resurgendo expoliauit; Nam
Rom. 6. 9. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Hic Matthæus more suo, nec seriem, nec nexũ Cantici, in expositione obseruat.

℣. 5. Surrexi ego vt aperirem, &c.

LXX. Pag. 38. vers. 5. ἐπιχεῖρας.] vnica dictione A, eo nimirum sensu, nempe: Cum ad claustrum contenderem, manus meæ stillauerunt myrrham. LXX. Vatican. separatim ἐπὶ χεῖρας, & ex Hebr. ita legendum constat, siquidem in eo est, על כפות *Ngbal caphoth*, super manus; על interpretati sunt LXX. ἐπὶ, כפות χεῖρας S. Ambr. lib. de Isaac cap. 6. Venter meus conturbatus est super eum. Et surrexi ego aperire fratri meo. Manus meæ distillauerunt myrrham, digiti mei myrrha pleni sunt super manus clausuræ.] Euseb. impres. à Meurs. ἐπὶ θύρας τοῦ κλεῖθρου: super ostium claustri. figurate, per partem ostij ostium ipsum intelligens. Ea est itaque intelligentia huius sententiæ: Manus, quibus fores cum aperiuntur teneri solent, tenui, illasque vbi prendidi illico digiti mei stillauerunt myrrham, quia cum claustri manus sponsus attigisset, suo tactu myrrha manus infecerat: vbi ergo ad ostium accurri, vola manus plena myrrha effecta, digitis ipsis myrrhã tribuit, qui eam stillauerunt. Quo significet ad tactum sponsi animam mortificationis myrrham lubenter hausisse, nec cute tenus se mortificasse, sed etiam digitos myrrham stillasse. Theodoret. Perfecta enim mortificatione ad extremas vsque particulas affecta sum.] Vt nulla sit pars, quamuis paruula, quam non acriter mortificauerit sponsa. Non aperit ostium sponso, nisi cum manus eius distillant myrrham. Manus inquam, nimirum operationes. Cum enim hæ mortificationis myrrha scatent, eamque redolent, tunc cordis ostium Deo aperitur. Primo conturbatur venter mentis vt à peccato surgat, ad hunc Dei tactum conturbata anima, & veluti in stuporem, & admirationem sui status acta, incipit detestari peccatum. Niss. orat. 11. in Cant. Nomen illud Commotionis, significat quendam stuporem & admirationem.] Huic stupori Dei misericordia iterum sequitur, nec deserit quem tetigerat. Habac. *Cum iratus fueris, misericordiæ memor eris.* LXX. Cum conturbata fuerit in me anima mea, misericordiæ memor eris.] Quæ duæ lectiones optimè cohærent: nam cum anima Deum iratum agnoscit peccataque sua Dei excitasse iram; commouetur, timens ac tremens ne Dei ira eam perdat, admirabunda sui stuporis, turbatur interius: cum autem Deus conturbatam videt animam, suæ misericordiæ recordatur. Ita contigit S. Paulo, qui cum iret. *Spirans minarum & cadis in discipulos Domini: Subitò circumfulxit eum lux de cælo:* Act. 9. Tum quò se cognosceret, peccatumque suum cerneret. *Et cadens in terram audiuit vocem de cælo dicentem sibi, durum est tibi contra stimulum calcitrare.* En sponsi tactus. *Et tremens ac stupens dixit, Domine quid me vis facere.* En commotio. *Introiuit Ananias in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, vt videas & implearis Spiritu sancto.* En Dei misericordia, quam postea confitetur Paulus:

1.Tim. 1.13. lus: *Qui prius blaspbemus fui & persequutor & contumeliosus: sed misericordiam Dei consequutus sum.* Quem Dei morem optimè pernoscens Dauid, Ps.6.2. dicebat: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine:* Et quare misericordiam expectet, subdit: *Anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?* quousque tandem differs misericordiam, quousque non misereberis mei, cum iam anima mea turbata sit valde? & alibi. Ps.59.3 *Iratus es, & misertus es nobis.* Sed modum aues intelligere, quo nostri misertus sit Deus? accipe. *commouisti terram, & conturbasti eam. sana contritiones eius quia commota est.* Nihil aliud superst nisi salus, cum iam commota & conturbata sit anima. Cum verò commotionem sequitur contritio, perfectaque mortificatio, illico via aperitur Deo, ostium reseratur Christo: tunc verè surgit anima detestando peccatum, & aperit Deo vt ingrediatur. Psell. Ανέστη πρὸς ἐπίπονον καὶ σκληροτέραν τάσιν, ὅπως τοῖς πολλοῖς ἐν τῇ νεκρώσει, πλατυτέραν ἀνοίξω μου τοῦ λογισμοῦ τὴν θύραν, καὶ τὸν ἀχώρητον τὸ πρὶν εἰσδέξασθαι νυμφίον. Ὅθεν αἱ χεῖρές μου φησιν, μετὰ καὶ τῶν δακτύλων τοῖς πόνοις σμύρναν ἔσταξαν μέχρις αὐτοῦ τοῦ κλεῖθρου. Τουτέστιν, ἀπενεκρώσασα τὰ μέλη τῆς σαρκός μου. καὶ πάσας ἀνεπέτασα τὰς τῆς ψυχῆς αἰσθήσεις. Surrexi ad laboriosam salebrosamque intentionem. Vt laboribus plurimis in mortificatione carnis, latiorem mentis meæ portam reddam apertam & sponsum quem antea capere non poteram, excipiam. Vnde manus meæ inquit cum digitis, laboribus nimirum, myrrham distillarunt vsque ad ipsa claustra: Idest carnis meæ membris mortificatis, omnes animę aperui sensus.

℣. 7. Inuenerunt me custodes, &c.

LXXI. pag. 40. lin. 32. θέριστρον τῆς κεφαλῆς κόσμον.] S. Hieronymus eadem græca voce sæpe vsus est. Epist. ad Lętam, hanc ipsam sponsę sententiam referens, ait: Ne percutiant, & vulnerent, & auferant theristrū.] Reperitur etiam semel atque iterū ea vox in sacris litteris: *Thamar depositis viduitatis vestibus assumpsit Theristrum*: & alibi *Auferam vittas, & Theristra.* In Genesi tamen cum LXX. reddidisseint, λαβοῦσα τὸ θέριστρον. Vulgatus interpres reddidit: *Tollens pallium.*] Quia Theristrum genus pallij est. S.Hieron. qq.in Gen. Theristrum pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur.] Velatur autem eo pallio, non totum corpus sed caput, facies, collum. Sanctus Hieronymus in cap. 3. Esai. Habent mulieres & Theristra, quæ nos palliola possumus appellare: quibus obuoluta est Rebecca. Et hodie quoque Arabiæ & Mesopotamiæ operiuntur fęminæ, quæ hebraicè dicuntur רדידים, græcè θέριστρα, ab eo quòd in θέρει hoc est in æstate, & caumate corpora protegant foeminarum. Theristra, quo tutissimo in æstibus tegebantur vmbraculo.] Itaque necesse erat, ea fore tenuia, ac leuia. Hesych. θέριστρον, λεπτὸν ὕφασμα, θερινὸν ἱμάτιον. Theristrum tenue indumentum, æstiua vestis.] Vsum, nomenque magis aperit, ipsumque pallium describit Philo Carpath. Episcopus in cap. 5. Cant. Theristrum & Maphorium appellant.] Muliebre capitis, & faciei est velamentum & operculum, colore tinctum, quo foeminæ æstate pręcipuè vtuntur.] Pręcipue: quia etiam alijs temporibus eo vtebantur. Verùm, tenebras potiùs affudisse videtur, explicans Theristrum obscuriori voce. nimirum, Maphorio. Quid enim Maphorium sit, minus liquet. Suid. Κρήδεμνον, Κεφαλοδέσμιον, ἢ μαφόριον. Kridemnon, capitis est ligamen, siue Maphorium.] clarius Eustat. Iliad. ξ. τὸ δὲ κρήδεμνον, κεφαλῆς ἦν φασι κάλυμμα, παρειμένον μέχρι τῶν ὤμων. Kridemnon capitis sanè tradunt esse velamentum, ad humeros vsque demissum.] Quo circa cum Suidas id appellet κεφαλοδέσμιον: opus est vt aliquo obligaculo deuinctū ligaretur in capite, ne à ventorum vi aliquando raperetur. Hoc Maphorium, voce magis ad latinam inflexionem inflexa

Gen.38. 14.
Esai. 3. 23.
Gen. 24 65.

Ma-

Maphortiũ appellat Casſianus, illudq. monachorum etiam operculum fuiſse tradit. Inquit enim lib. 1. de Habitu Monachorum cap. 7. Poſt hæc anguſto pallio: tam amictus humilitatem, quàm vilitatem pretij, compendiumque ſectantes, colla pariter atque humeros tegunt. Quod Maphortes, tàm noſtro quàm ipſorum nuncupatur eloquio. Et ita planeticarum, atque birrorum prætia ſimul ambitionemq. declinant.] Vtebantur eo, ne dum Monachi, ſed etiam Epiſcopi, ea fortaſse ratione, quia & ipſi, vtpote è monaſterijs electi, habitum priſtinum non immutabant. De Chryſoſtomo Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, conſtat ex Synodo contra eum coacta, cap. 9. ὅτι συγκροτήσας συνέδριον πάντος τοῦ κλήρου ἔστησε τρεῖς διακόνους, Ἀκάκιον, Εδράφιον, Ἰωάννην κατηγορήσας, ὡς τὸ μαφόριον αὐτοῦ κλέψαντας. Conuocato Cleri totius concilio, eum produxiſse in medium tres diaconos Acacium, Edraphium, & Ioannem, eoſq. accuſaſse quaſi Maphorium ipſius furto abſtuliſsent.] Maphorium Fortunatus lib. 2. de vita S. Hilarij pallium eſse tradit, quod Maphortem latinè inflectens, appellat: Cereus illuminatus caſu ſuper ſepulchrum eius ardens, corruit, ita vt Maphortem ſine læſione aliqua perarderet.] Et Maphortem paulo poſt, immutata voce, quò clarior res foret, pallium vocat: Tamquam ſi confinium cum ipſa feciſset inter ignẽ, & pallium.] Cum itaq. Theriſtrum ſit Maphortium, conſtat illud ne dum mulierum, ſed etiam virorum fuiſse operculum. Idq. clarè ex Tertulliano liquet, in lib. de Pallio cap. 14. Qualis ille Hercules in Theriſtro Omphales fuerit.] Sed fortaſse à mulieribus indumentum iſtud accepere viri. Vtcumq. ſit. Id operculum amiſit ſponſa cum per fora erraret, & plateas. Immo & verbera, vulneraque accepit vagabunda per vrbem: quia non eſt mulieris circumcurſare per domos, errare per vrbem, in plateis diſcurrere, in foro eſse. Cum Iudas Thamar Theriſtro ornatam, extra domum in biuio ſedentem inſpiceret itineris: *Suſpicatus eſt eſſe meretricem*. Quia meretricis eſt, extra domum ferri, in vijs ſedere, in foro eſse. Ita .n. meretricẽ deſcribit Salomon: *Garrula, & uaga: quietis impatiens: nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis*. Non ſecus ac ſphęrulas ſub pedibus haberet, iugiter in motu eſt. Queritur itaq. ſponſa, ſe iniuria affectam vt ſponſum ſuum quęreret, & non ſecus ac adultera foret, adulterij ſe pœnam pertuliſse. Tacit. de moribus Germanorum: Pauciſsima in tam numeroſa gente adulteria: quorum pœna pręſens, & maritis permiſsa. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit] Illud ipſum contigit ſponſę, quę errabunda per vicos & plateas ciuitatis pergebat: non ſecus enim ac domo expulſa, verbere agitur, ait enim: *Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me*. Et nudatur etiam, quia: *Tulerunt Theriſtrum n. eum mihi cuſtodes murorum*. Nudatur plane mulier, quę vrbem circumit, quia aperitur omnibus, & innoteſcit: patet virorum incurſibus: vulneratur linguis obtrectantium, & obloquentium. Nec tamen ſponſum inuenit ſponſa errabunda, licèt multis affecta ſupplicijs: *Quæſiui* inquit, *& non inueni*. Pręclarè enim S. Ambr. lib. 3. de Virginibus: Non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus enim pax eſt, in foro lites: Chriſtus iuſtitia, in foro iniquitas: Chriſtus operator eſt, in foro inane otium. Chriſtus charitas eſt, in foro obſecratio. Fugit Chriſtus plateas, fugit conuentus, & ſtrepitus fori. Illa quæ in foro Chriſtum requirit, pallium etiam, quod habebat, amiſit.] Ne dum non reperit Chriſtum, verum etiam id quod habebat amiſit. De ſemine illo ſecus viam iacto, inquit Chriſtus: *Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt & volucres coeli comederunt illud*. Conculcatur qui in vijs eſt, & comeditur. Cibum vitę in vijs quærere, eſt ſe cibum mortis alijs offerre: *Comederunt alieni robur eius*. Vim illam ſpiritus amittit, & cum ſine pallio ſit, nequit æſtus laborum perferre, atque adeo ſuccumbat opus eſt. Nec enim ipſa ſacroſancta Virgo Maria cum Chriſtum filium in vijs quęreret, reperit vnquam: ſed in templo. ibi

Gen. 38 14.

Prou 7. 10.

Cant 5.

Luc. 8. 5

Oſe. 7. 9.

ibi quærendus est Dominus. Hac autem circuitione verborum luctum, merorem que suum exprimit sponsa, eo quòd sine sponso foret. Nam Theristrum lætitiæ, gaudijque erat insigne. Thamar *depositis viduitatis vestibus, assumpsit Theristrum*. Cum itaque sponsa viduata
Gen. 38 14. sponso foret, meritò Theristrum ei abstulerunt custodes, vt non cum lætitiæ vestibus incederet per vrbem que sponsum amiserat. Surrexerat læta sponsa, vt sponso accurreret, & ideo nuptiali Theristro se operuit, quò se nuptias celebraturā cum dilecto significaret sponso. S. Ambr. lib. de Isaac cap. 6. Benè quidem quasi sponsa veniebat cum pallio, quo obnuberat caput suum, cum
Gen. 24 14. sponsus occurreret: sicut Rebecca, quæ cognito quòd Isaac veniret obuius, descendit de camelo, & pallio operuit se.] Hac enim ratione nuptias ipsas appellatas fore, tradit Festus lib. de verb. signif. Nuptias dictas esse, ait Aelius & Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur: quod antiqui obnubere vocarunt.] Pergit itaque sponsa obuiam sponso tamquam nuptias celebratura, nuptialibus ornata insignibus: & ideo meritò, licèt diu quæsiuisset non inuenit, & verberatur, & vulneratur; quò discat impendio suo, non lætè, sed cum dolore quærendum esse Deum. *Ego &*
Luc. 2. 48. *pater tuus dolentes quærebamus te*. Et dum dolentes quærunt, reperiunt Dominum. Ita etiam reperisse Dominum Magdalenam, dum fleret, tradit S. Ioan-
Ioan. 20 11. nes: *Maria autem stabat ad monumentum*: Non in plateis Ierusalem: *Plorans*: non læta incedens. *Dum ergo fleret, inclinauit se; & conuersa retrorsum vidit Iesum stantem*. Stat Iesus, vt animum dolorosè quærentis erigat. Sine Theristro & pallio quærendus Deus, pectore nimirum aperto. S. Ambr. lib. Apologiæ Dauid cap. 1. Ideo nuda, quia nonnumquam virtutis est, opertum non habere pectus, cor non habere velatum. Nudam esse, virtutis indicium est.] Is enim Christum reperit, qui aperta fronte potest incedere, nec habet vt reuelata incedens facie, rubore suffundatur. S. Ambr. lib. de Isaac c. 7. non otiosè pallium eius sublatum intelligis, vt aperta meritis, & nuda fulgeret.] Aperta facie, ablato Theristro: quia non debet erubescere Christū quærere.

℣. 10. Nepos meus candidus, &c.

LXXII. Pag. 41. vers. 10. πυῤῥός igneus.] Ita reddidi ex mente Matthæi, qui explicans eam vocem, ait λευκός ἐστι καὶ πυῤῥός· τουτέστι φῶς νοερὸν, καὶ πῦρ ἄσεκτον. φῶς quia λευκός: πῦρ, quia πυῤῥός. Idque ex S. Dionysio Areopag. hausisse videtur, qui in lib. de Cœlesti Hier. cap. 15. ait: ἢ ὡς λευκὰς, φωτοειδεῖς. ἢ ὡς ἐρυθρὰς, τὸ πυρῶδες καθ' ἕκαστον εἶδος. Colorum distinctas species significare, aut quòd candidæ sint lucis speciem: aut quòd rubre, ignis.] Ac paulò post: τὴν δὲ τῶν ἵππων τὸ διαφορὲς, καὶ ἐδήνιον· ἢ λευκῶν μὲν ὄντων τὸ λαμπρὸν, καὶ ὡς μάλιστα τῷ θείῳ φωτὸς τὸ συγγενὲς· ἐρυθρῶν δὲ τὸ πυρῶδες, καὶ δραστήριον. Equorum vero figura obedientiam & obsequium significat. Qui si albi sint, candorem, maximeque cum diuina luce coniunctionem, declarant: si rubri, igneam speciem, & efficacitatem.] A qua re non longe abest Virg. lib. 12. Aeneid. Cui plurimus ignem subiecit rubor.] Rubor & ignis, mutuo se inferunt. Ostendit autem sponsa hisce verbis, flammeum suum esse sponsum: quia inquit Theophrast. lib. de igne: φλογὸς λευκότατον ἀεὶ καὶ καθαρώτατον, τὸ μέσον· τὸ δὲ κάτω ἢ τὸ ἔσχατον ἐρυθρὸν, καὶ μελαίνεται μᾶλλον. Flamma media quidem parte candidissima, & liquidissima est: ima vero & extrema rubescit magis, & nigrescit.] Prima pars candida, deinde rubra, postremò nigra. Vt ergo sponsa, sponsi amoris accensam esse flammā, demonstret, ait: *Dilectus* Cant. 7. 5.
meus candidus, & rubicundus: Coma capitis eius nigra sicut coruus. Primo, candidus, deinde rubicundus, tandē, vt flamma ad extremū ducta, niger: quò ad maximū ardētemq. amorē eum peruenisse significaret. Qua etiam forma fugitiuū describit Amorē Moschus. Idyl. 1. χρῶτα μὲν οὐ λευκός· πυρὶ δ' εἴκελος· ὄμματα δ' αὐτῷ δριμύλα καὶ φλογόεντα. Non est alba cutis: color inficit ignis, acres, flammantesque oculi.]

oculi.] Amor appellatur sponsus Christus: ita enim eum appellasse S. Ignat. testatur S. Dionys. Areop. lib. de diu. nom. cap. 4. Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Scribit enim diuinus Ignatius: Amor meus crucifixus est.] Cum itaque à sponsa sponsus fugeret, meritò eum descripsit Amorem fugitiuum, Amorem inquam non humanum, sed diuinum, Dei nimirum Filij. Diuinitatem enim igne significari ait Matthæus: idque ex S. Dionys. excerpsit, qui in lib. de celesti Hierarc. cap. 15. ait: οἱ γὰρ θεολόγοι τὴν ὑπερούσιον καὶ ἀμόρφωτον οὐσίαν, ἐν πυρὶ πολλαχῆ διαγράφουσι· ὡς ἔχοντι πολλὰς τῆς θεαρχικῆς, εἰ θέμις εἰπεῖν ἰδιότητος ὡς ἐν ὁρατοῖς εἰκόνας. Theologi porrò summam, & forma carentem essentiam illam, ignis specie multis locis describunt. Quòd ignis multas diuinę, si fas est dicere, proprietatis, vt in ijs, quæ videntur imagines, ac species præseferat.] Theologorũ autẽ vocabulo, scriptores sacrarum litterarum, vt Prophetas, Salomonem, Dauid, & ceteros indigetat. Isidorus etiam Pelusiota lib. 1. ep. 360. Καὶ ἐξοπτήσας τῷ οἰκείῳ πυρὶ τῆς θεότητος. Diuinitatis suæ igne excoxit.] Hisce itaque coloribus; veluti lineamentis, & argumentis designato sponso, amantem Deum pro captu nostro inuenire est. Euseb. in cat. Meurs. Ὁρκωθεῖσαι αἱ θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ λέγουσιν· εἰπὲ ἡμῖν τὰ σημεῖα τοῦ ἀδελφιδοῦ σοῦ· ἵνα ἐπιγνῶμεν αὐτὸν δίδαξον ἡμᾶς, δι' ὧν εὑρίσκεται γνωρισμάτων ὁ μὴ ὁρώμενος. Filię Hierusalem cum sacramento fuissent obstrictę, inquiunt: Recense nobis signa nepotis tui, vt ipsum agnoscamus: explica nobis quibus indicijs inueniri possit, is, qui minimè videtur.] A candore ad ruborem pergendum. Qui enim candido est pectore, & animo, is rubicundus, & igneus amore diuino est.] Prima virtus quæ-
Ps. 24. 4 rentis Deum, candor est animi. *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hæc est generatio quærentium Deum.* Candor autem animi, ruborem, & ignem diui-
Thren. 4. 7. ni sequitur amoris. Thren. *Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo.* LXX. Vat. ἐπυρώθησαν, igniti facti sunt.

LXXIII. Pag. 41. vers. 10. lin. vlt. ἐκλελογισμένος.] Numeratus, deputatus à decem millibus. Non contemnitur, sed in magna consideratione est non apud vnum, vel alterum, sed apud decem millia, nimirum apud cunctos. Aquila ἐκλελεγμένος, electus. Symmach. ἐπίλεκτος. LXX. Vat. & A. ἐκλελοχισμένος, selectus, quam lectionem sequutus sum, cum magis accedat ad significationem vocis hebrę דגול dagbul, à radice דגל dagbal, vexillum erigere, ordinem ducere. Dilectus itaq; sponsus est in ftur vexillarius, antesignanus, qui vexillum erigit; quique principatum gerit, decem millium. Vexillum autem proponebatur quando manus cum hoste conferendę erant. Cæsar lib. 2. bell. Gall. Vexillum proponendum, quod erat insigne cùm ad arma concurri oportebat.] Ita ornatus erat spõsus, sicut vexillarius cum exercitum ad arma vocat. & decem millia ad arma vocabat, qui pro eo pugnarent, eumq; defenderent. Quò significaret sponsa, summam pulchritudinem summa indigere custodia, Et armata militum manu, quæ præsto sit ad pugnandum. Qui itaque candidus est animo, igneus amore diuino, hic decem millia habet milites corporis, animæque suę custodes, ne speciem, formamq; pręclaram amittat. Sed fortasse ea dictione vtitur sponsa, quasi prouerbio, vt sit vnus ex decẽ millibus electus, hoc est, eximius, quo nullus præclarior, nec sponsę ipsi charior. Eccl. *Et consiliarius sit tibi vnus è mille.* Gr. οἱ δὲ σύμβουλοί σου, εἷς ἀπὸ χιλίων. Consiliarij tui, vnus de mille. Non innumeri sint, sed e mille vnus eligatur consiliarius fidus. Sponsus autem, vt dignus foret sponsus, electus est ex decem millibus. Theodoret. hic. Primitiæ enim Christus, omni naturæ præcellit.] Ne existimetis o filiæ Hierusalem me sine delectu spõsum duxisse, elegi enim eum ex decẽ millibus. Vt etiam hac voce significaret, eum filium Dauid, cui decem millia dederunt iuuenculę. S. Ambros. lib. de benedict. Patriarch. Myriades inquit Ephraim, Deut. 33. 17.
& chiliades Manasses: idest, Iudęorum, & gen-

& gentiũ dominetur, & ex vtroque populo acquirat sibi Ecclesiæ plenitudinem. Ideoq. dexteram super Ephraim posuit Sanctus Iacob, eo quòd legis, dicente Ecclesia in canticis canticorum: Frater meus candidus, & rubeus, electus ex decem millibus. Deniq. etiam Dauid Iuuenculę, Marię authorem ex eius successione Christus natus est per Virginis partum, in decem millibus prędicabant: Saul autem in millibus, cum reuerentiæ gratia circa regem magis preponere debuissent.]

℣. 11. Caput eius aurum. &c.

LXXIV. Pag. 42. vers. 11. Κεφὰζ.] LXX. repræsentarunt vocem hebræam litteris græcis, licèt fortasse non legerint פז כתם *chethem phaz*, vt in impressis codicibus hodie habemus, se פז כ *cephaz*, per כ similitudinis, hoc est, caput eius aurũ vt Phaz. Hanc aũt vocem quã LXX. nõ sũt interpretati, explicat Nyss. or. 13. in cant. Cephaz, vox illa hebraica, si nostram in linguam transferatur, aurum purum, & intactum significat, quodque omni mixtura careat, atque hanc vocem non conuersam mihi relíquisse propterea videntur, qui hæc de hebræis greca fecerunt: quod non reperirent in lingua gręca vocabulum vllum, quo emphasis hebraici nominis enunciari posset.] Hoc autem aurum greci appellant ἄπυρον, & ita etiam LXX. hanc ipsam hebr. vocem פז *phaz* alibi interpretati sunt. Es. *Pretiosior erit vir auro*. Hebr. אוקיר אנוש מפז *hochir henosc mippaz*. LXX. καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἔντιμοι, μᾶλλον ἢ χρυσίον ἄπυρον. Et erunt relicti honorati magis quam aurum apyron. Quid verò ἄπυρον sit explicat S. Basil. in Esai. ἄπυρον, aurum, eo dicitur quod nullam in se contineat alienæ materiæ, aut ambiguam permixtionem, sed simul ac ob oculos positum fuerit, quod nihil habeat schorię, certam facit fidem, vel solo aspectu cernentibus, quia probum est, & omni permixtione vacuum, æris, aut cuiusuis confinis metalli permixti.] Verùm eiusmodi aurũ dici potest ἄπυρον, vel quòd natura sua sit purum putum

Esa. 13. 12.

absque ignis exustione: vel quòd nihil ab igne lędatur. Primam huius vocis significationem amplectitur Procop. in cap. 13. Esa. ἄπυρος δὲ χρυσὸς ὁ διὰ τὸ φύσει καθαρὸν· καὶ ἀμιγὲς πρὸς ἄλλα, πυρώσεως οὐ δεόμενος. Dicitur aurum apyron, quod purum putum natura existens, & alterius generis nihil admixtum habeat, quodque ignis coctione non indigeat.] Cum ἄπυρον ab eo dicatur τὸ φύσει καθαρὸν: Meritò subdit πυρώσεως οὐ δεόμενος, Siquidem cum natura purum putum sit, nihil est vt igne examinetur. De quo Plinius etiam libr. 21. cap. 11. Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se Magi, si & vnguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitæ, gloriamque pertinere arbitrantur.] Que ex Theophrasto transtulit, qui lib. 9. histor. plant. cap. 21. ait: δοκεῖ δὲ καὶ ἐάν τις τῷ ἑλειοχρύσῳ τῷ ἄνθει στεφανῶται, μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου· ἔχει δὲ ὁ ἑλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδὲς· φύλλον δὲ λευκόν· καὶ τὸν καρπὸν λεπτόν, καὶ σκληρόν. Theodorus Gaza interpretatur. Quin etiam qui Aureliæ flore coronantur: vnguento ex auro ignis experte insperso, gloriam, atque existimationem bonam consequitur. Habet Aurelia florem auro similem, folium candidum, fructum tenuem, ac durum.] Verùm quod aurum est ignem habens, vt aliud sit ignis expers? Numquid non omne, ignis expers est? Melius fortasse, igne non coctum, vel examinatum. natura purum putum. Plinius seipsum explicet, quid per apyron significauerit ipse, lib. 35. cap. 15. De sulphure. Genera quattuor: viuum quod Græci apyron vocant, nascitur solidum, hoc est glebosum.] Aurum itaque apyron erit quod purum nascitur, & effoditur, nec igne opus est, vt purum, putumque reddatur. In eadem significatione Atheneus lib. 1. deipnos. Ἀλκμὰν δέ που, ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθεος ὄσδοντα φησί. Memorat quodam in loco Alcman. Vinum apyron, & flores olens.] Quid vero sit vinum apyron, ipsemet Athenęus paulo post exponit:

ἄπυρον δὲ εἶπε, τὸν οὐχ ἑψημένον· ἐχρῶντο γὰρ ἑφθοῖς οἴνοις· Interpres vertit: Apyron autem is vocat, quod decoctũ non est. Nam sapa etiam ac defruto quondam vsi sunt.] Ex Plinio lib. 14. capit. 9. interpretationem suam ornans: alioqui difficillimè intellectus. Nam syræum, quod alij Hespema, nostri Sapam appellant, ingenij non naturæ opus est, musto vsque ad tertiam partem mensuræ decocto, quod vbi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus.] Hespesma greco vocabulo, ex Plinij more, ἕψημα decoctum. Nota tamen, οἶνον ἑψημένον Plinium appellare, opus ingenij non non naturæ, vt ἄπυρον, quod ἑψημένῳ opponitur ex Atheneo, sit illud quod natura ab vuis elicitur, nulla arte depuratum. Clarius itaque reddetur Athenæus. Apiron autem appellauit vinum non coctum. Siquidem decoctis vtebantur vinis.] Vt ἄπυρον vinum, sit vinum crudum, non coctum, ignem non expertum, sed expressum ab vuis, natura sua defluens ab expressis vuis, non adulteratum, fucatum, igne decoctum. De hoc auro Plin. lib 33. c. 3. Hispania strigiles vocat, auri paruulas massas, quod super omnia solum in massa, aut ramento capitur, cum cetera metallis reperta, igni perficiantur. Hoc statim aurum est, consummatamq. materiam protinus habet, cum ita inuenitur. Hęc enim inuentio eius naturalis est: alia quam dicemus, coacta.] Et fortasse de hac auri specie loquitur sponsa cum dicit caput tuum sicut aurum Phaz, Ideſt sicut aurum apyron, quod est aurum optimum Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum inuenitur in nostro orbe, vt omittamus Indicum. Apud nos tribus modis, fluminum ramentis, vt in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Traciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ. Nec vllum absolutius aurum est, cursu ipso, trituq. perpolitum.] Non igne. & de eo, ex eorum sententia, qui flumen Phison sentiunt esse Gangem, Indię, vt Ioseph. lib. 8. ant. cap. 7. Epiphan. in Anchor. Aug. lib. 8. de gen. ad litt. cap. 7. Hieron. lib. de tradit. hebr. & ep. 4. ad Rusticum, Ganges fluuius, quem Phison sacra scriptura commemorat, qui circumit totam terram Euilath.] Tradunt sacrę litteræ, esse aurum optimum: *Nomen Vni Phison ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terra illius optimum.* Vtique quia nascitur, non ignis artificio coquitur, examinatur: statim aurum est, purum putum. Quocirca LXX. aliquando פז interpretati sunt τίμιον, pretiosum, *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Hebr. פז LXX. στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. & Prou. *Melior est sapientia cunctis pretiosissimis: & omne desiderabile non potest ei comparari.* Hebr. וכל־חפצים vecbol baphazim LXX. πᾶν δὲ τίμιον, omne autem preciosum. Ps. *Desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum multum.* Heb. מזהב ומפז mizzau vmipaz, LXX. ἐκ λίθον τίμιον πολύ. Et Symachus apud Theodoret. pro Cephaz, vertit, Lapis pretiosus. Quinta editio: Insigne auro. Purum quidem putum aurum, non obryzum, sed natura sua sine ignis examine. Aurum enim obryzum, aurum vtique optimum est, & purum, sed tamen igne decoctum. Plin. libr. 33. cap. 3. Quinimmo quò sæpius arsit, proficit ad bonitatem, aurique experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis, atq. ipsum obryzum vocãt.] Schol. Thucyd. lib. 2. ἀπέφθου.] πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. Quadraginta pondo talentorum auri excocti. idest, sępius cocti, quousq. fieret obryzum] Mag. Etym. in diction. Βάσανος· ἡ ἀπὸ τῆς βασαίου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζεται ὁ χρυσὸς κἄν τε ὄβρυζος, κἄν τε κίβδηλον. Examen. Vel ab examine, siue Lydio lapide aurarij lapidis, in quo probatur aurum num obryzum sit, an adulterinum.] Turneb. lib. 27. aduesar. cap. 18. Aurum ad obrussam, pro, Aurum obryzum, in veteribus lego codicibus, quomodo rarò non loquitur Seneca.] Præsettim ep. 13. Sic verus ille animus & in alienum non venturus arbitrium probatur: hæc eius obrusa est.] idest probatio, examen. ibi Lipsius, neque enim aliud obrusa, quàm auri per ignem examen, & depurgatio. Caput itaque sponsi erat sicut aurum natura purum putum, non obryzum, quia essentialiter, & natura bonus, non

Gen. 1. 12.

Ps. 20. 4.

Prou. 8 11.

Ps. 18. 11

ei inerat quicquam igne purgandum, erat aurum apyron, optimum. *Sapientia enim emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.* Vt iure dixerit Christus. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Aurum autem ceterorum, licèt sanctorum virorum, est quidem bonum, sed obryzum. Iob licèt vir simplex, & iustus foret, tamen inquit: *Ipse verò* Deus *scit viam meam & probauit me quasi aurum, quod per ignem transit.* Et Dauid, *Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos.* Et de iustis. *Tamquam aurum in fornace probauit illos.* S. Gregor. libr. 16. Aurum in fornace ad naturæ suæ claritatem proficit, dum sordes amittit. Ergo probantur animæ iustorum, quibus exustione tribulationis, & trahuntur vitia, & merita augentur.] Quia verò Christus sine peccato erat, ideo sponsa ait caput eius aurum cephaz. Psellus. ὡς ἀπὸ πάντων βροτῶν μόνος ὅστις τυγχάνει καθαρὸς ἐξ ἁμαρτίας. Vtpote qui solus ex omnibus mortalibus ab omni integer, & purus est labe peccati.] Philo Carpat. episc. in cat. Meurs. immo Gregor. Nyssen. ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ἡ πάσης τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπαρχὴ χριστός, τὸ καθαρόν τε, καὶ πάσης κακίας ἀμιγὲς καὶ ἀπαράλυτον χρυσίον ἐστιν. Caput itaque corporis Ecclesiæ, totius nostræ naturæ primitiæ, Christus, qui aurum est purum, & ab omni vitiositatis mixtura, alienum.] Meritò autem sponsa ab auro caput laudat sponsi, quia id pulcherrimum. Iul. Capitol. de Vero Imperat. fuit decorus corpore, vultu gemmatus, barba prope barbarice demissa, procerus, & fronte in supercilia adducta, ore venerabilis. Dicitur sanè, tantam habuisse curam flauentium capillorum, vt capiti auri roramenta resspergeret, quò magis coma illuminata, flauesceret.] & Et Apul. libr. 5. Metamorphos. cupidinem præclarè describens ait. Capitis aurei cæsariem, ceruices lacteas, genasque purpureas.] Plin. lib. 33. capit. 1. Est quidem apud Homerum, virorum crinibus aurum implexum.] Iliad. ρ. πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Auro atque argento nectebant vndiq. crines.] Optimum autem sponsum, atque summè felicem prędicat, cum caput eius aurum optimum esse accinit. Plat. in Eutydemo. φασίγε εὐδαιμονεστάτους εἶναι Σκυθῶν, καὶ ἀρίστους ἄνδρας, οἳ χρυσίον τε ἐν τοῖς κρανίοις ἔχουσι πολλὺ τοῖς ἑαυτῶν. Ferunt apud Scythas, eos fœlicissimos, optimosque viros fore, qui in suis cranijs aurum multum continerent.] At sponsæ ne dum cranium, sed caput totum aurum est optimum.

Sap. 7. 5

Ioann. 8. 46.

Iob. 23. 10.

Ps. 25. 2

Sap. 3. 6

LXXV. Pagin. 42. vers. 11. lin. 4. ἐδήλωσε πυρὸς ἐνέργειαν.] S. Ambros. lib. 3. de Virgin. In gemmis aer speciç fulgoris ostenditur: in auro ignis: aqua in argento.] Plin. lib. 33. cap. 3. Auriq. experimentum ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis.] Var. lib. 16. de lingua lat. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igne solis, tum aureo, aer aurescit.] Cincinni eius crispi] Ita Pagnin. ex hebr. & Bibl. Regia. Et capillos sponsi Christi crispos fuisse fatetur Nicephor. Cal. lib. 1. hist. Eccles. cap. 40. Cæsariem habuit subflauam, ac non admodum densam, leniter quodammodo ad crispos declinantem.] Nec abest à lectione S. Ambros. lib. 2. de Spir. S. in proem. Crines eius abietes.] Nam etiam Abies crispa est. Enn. apud Cic. lib. 3. Tuscul. Tosti alti stant parietes deformati, atq. abiete crispa.] Neque à Vulgata. *Elatæ palmarum.* Nam de palma Plin. lib. 13. cap. 4. Coma omnis in cacumine.] Meritò autem vtitur hac translatione, cum subdat, Nigri sicut coruus. Nam Dioscor. lib. 1. cap. 126. Palma, quam alij elaten, aut spatham appellant &c. capillos denigrat.] Plin. lib. 23. cap. 5. Palma, siue elate capillum denigrat.]

℣. 14. Manus eius tornatiles, &c.

LXXVI. Pagin. 43. θαρσεῖς.] Vocem hebræam LXX. retinuerunt. S. Ambros. de obitu Valentini: Manus eius tornatæ, aureæ, plenæ tharsis. Eo quòd in factis, & operibus reniteret gratia.] Viderunt LXX. ὁμώνυμον esse vocabulum, inquit S. Hieronym.

nym. epist. ad Marcell. Quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipsum mare cæruleum sit, & sæpe solis radijs percussum, colorum supradictorum lapidum trahat, & à colore nomen acceperit.] Ideo vocem hebræam græcis repræsentarunt litteris. Puto autem sponsum respexisse ad id quod 3. Reg. & 2. Paralip. dicitur, nimirum; *Classis Regis*
3. Reg. 10. 22. *per mare, cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis deferens inde aurum*. LXX. ναῦς θαρσεὶς τῷ βασιλεῖ Σολωμῶντι ἐπὶ τῆς θαλάσσης μετὰ τῶν παίδων Χιράμ, διὰ τριῶν ἐτῶν ἤρχετο τῷ βασιλεῖ Σολομῶντι ναῦς ἐκ θαρσεὶς χρυσίου, καὶ ἀργυρίου, καὶ λίθων τορευτῶν, καὶ πελεκητῶν. Nauis Tharsis Regi Salomoni per mare cum seruis Chiram, per tres annos veniebat Regi Salomoni nauis de Tharsis auri, & argenti, & lapidum torno elaboratorũ, & dolatorum.]
2. Par. 9. 21. Et 2. Paralip. LXX. τῷ βασιλεῖ γέμουσαι χρυσίου. Naues Regi plenę auro,] Vt planè manus sponsi nauibus illis plenis auro, & lapidibus torno elaboratis, ac dolatis, comparauerit. Hebr. non absolutè habet Tharsis, sed בתרשיש *batharsis*, in Tharsis: vt manus ferè sint naues non quæcunque, sed quæ in Tharsis replebantur. Nisi velimus dicere Tharsis generatim accipiendum à parte totum: nam Tharsis in sacris litteris appellatur mare.
Es. 23. 1. Esaias: *Vlulate naues* תרשיש tharsis, *maris*. Et
Esa. 2. 16. alibi: *Super omnes naues Tharsis*, Hebræus תרשיש tharsis. LXX. ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης. Super omne nauigium
3. Reg. 10. 22. maris. Et 3. Reg. *Quia classis Regis* תרשיש tharsis, *per mare*. LXX. ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Ac velit dicere sponsa, manus sponsi, esse aureas, ac plenas maris, seu maris plenitudine, vt refertæ sint margaritis omnibus, & vnionibus, atque gemmis maris, & diuitiarum pretiosorumq. lapidum, mare quoddam sint
Ps. 103. eius manus, & sit sponsus velut *Mare magnum & spatiosum manibus*, Euseb. αἱ δὲ τοιαῦται χεῖρες πεπληρωμέναι εἰσὶ λίθων καὶ ἀρωμάτων, καὶ πάντων τῶν φερομένων θαρσεῖς· αὕτη δὲ ἀνατολική τις χώρα· ἑρμηνεύεται δὲ, κατασκοπὴ χαρᾶς. Eiusmodi autem manus plenæ sunt lapidibus, & aromatibus, & ijs omnibus, quę Tharsis fert. Tharsis enim orientalis quædam regio est; Interpretatur autem Tharsis, Conuersio gaudij.] Dum enim illæ Saluatoris manus quicquam agunt, conuertere faciunt gaudium: *Aperis* Ps. 144. 16.
tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. & *Aperiente te* Ps. 103. 28.
manum tuam omnia implebuntur bonitate. Quia decident è Dei manu lapides illi pretiosi, quibus illa plena est & scatet. Extendit manum suam, & tetigit leprosum, & cecidit gemma salutis: *Et confestim mundata est lepra* Matth. 8. 4.
eius. Mergebatur Petrus in mari: *Et continuò extendens Iesus manum suam* Matth. 14. 31.
apprehendit eum. Et ne mergeretur erexit. Extendit manum supra mortuam filiam archisynagogi, & cecidit super eam smaragdus vitæ: *Et tenens ma-* Marc. 5. 42.
num puellæ confestim surrexit puella, & ambulabat. Imposuit manus super oculos cæci, & è manibus eius lumen cecidit: *Imposuit manus super oculos* Marc. 8. 25.
eius, & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia. *Omnes, qui* Luc. 4. 40.
habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum, & singulis manus imponens curabat omnes. Quia è manu decidebant lapides gratiarum. S. Ioannes ait: *Pater diligit filium, & omnia* Ioann. 3. 36.
dedit in manu eius. Meritò plenæ tharsis, plenæ diuitiarum maris, plenę mercium, & lapidum pretiosorum nauium tharsis. Philo Carp. Episc. χρυσαῖ διὰ τὸ καθαρὸν, καὶ ἀναμάρτητον· πεπληρωμέναι θαρσεῖς, τῆς ἐπιστροφῆς τῶν ἐθνῶν. θαρσεῖς γὰρ, ἐπιστροφὴ χαρᾶς· πεπληρωμέναι θαρσεῖς, πλήρεις ὑακίνθου. Aureæ propter puritatem, & innocentiam. Plenę tharsis, plenę nimirum cõuersione gentium. Tharsis. n. conuersio gaudij interpretatur. Plenæ tharsis, plenæ nimirum hyacinthis.] Varijs gemmarum nominibus redditur hebr. vox תרשיש tharsis, ab interpretibus. Exod. *In quarto Chrysoli-* Exod. 28. 20.
tus. Hebr. תרשיש χρυσόλιθος, Chrysolithus. Ezech. *Et aspectus rotarum* Ezech. 1. 16.
& opus earum quasi visio maris. Hebr. תרשיש. LXX. ὡς ὅρασις θαρσεῖς. Vt aspectus tharsis. Aquila apud S. Hieronym. & Symach. apud Theodoret. ὡς ὅρασις ὑακίνθου. Sicut aspectus hyacinthi. Schol. χρυσολίθου, chrysolithi:

Ezech. 10. 9. & alibi: *Species rotarum erat quasi visio lapidis chrysoliti*. Hebræus. תרשיש. LXX. ὄψις λίθυ ἀνθρακος: Aspectus lapidis carbunculi.] Cum itaque omnibus hisce nominibus reddi posset Tharsis, merito LXX eandem hebræam vocem retinuerunt. Quò omnia ista significari posse indicarent.

LXXVII. Pagin. 43. vers. 14. Venter eius ὡς πυξίον.] S. Ambros. de obitu Valentiniani, πυξίον, Vasculum in quo aliquid seruatur, vel continetur, exponit. Venter eius pyxis eburnea, qui recipere potest oracula scripturarum: Dicit .n. hæc, qui imitator est Christi.] Pariter & Philo Carpath. ep. πυξίον δὲ, οἱ πρὸς διατήρησιν ἐπιτήδειοι. Pyxis autem, ij sunt, qui ad seruandum sunt apti.] At Matthæus non pro pyxide, sed pro pugillari accipit. Ait enim: ὡς πυξίον, ἤτοι βιβλίον. firmatq; auctoritate sacrarũ litterarum, in quibus tabulę Moysis, vbi scripta fuit lex πυξίον appellatæ sunt. Atq; ita etiam exponũt tres patres apud Theodoret. dicentes: Venter eius pyxis exigua, eburnea: eius nimirum sapientia, quæ per actionem descripta est in rebus procreatis, per quas vti liber quidam eburneus, politus, & purus, diuinam tum gloriam, tum magnificentiam verè, perspicuèque repræsentat.] Nyssen. item hom. 14. Ita namque tabella, in qua olim scribebatur, eo quòd è buxo foret, appellabatur. πύξος enim, buxum significat. & ideo pugillares buxei, πυξία dicebantur. Suid. πυξίς τὸ πινακίδιον. Pyxis pugillare est.] Hesych. πυξίδαι δίπτυχα. Pyxides sunt diptycha.] Eustat. in Iliad. γ. πάλαι γὰρ ποτὲ πινάκιον, ἤτοι σανίσι, καὶ ταύταις ἐκ πύξυ μάλιστα, τὰ γράμματα ἐνεκόλαπτον. Priscis enim temporibus in tabulis, siue asseribus & ijs præsertim è buxo, exarabantur litteræ.] Et in odyss. ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ πύξος ἐγένετο διὰ τὸ πάλαι ποτὲ πυξίω κύξιδας αὐτὰ εἶ. Libris nomen pyxidis perstitit, eo quòd olim, libri è buxo propriè erant.] Prudent. hym 12. perisfephan. de S. Cassiano, qui fuerat à tyranno paruulis, quos erudiebat traditus: At illi, quia: Nec dulcis vlli disciplina infantiæ est. Coniiciunt alij fragiles, inque ore tabellas Frangunt, relisa fronte lignum dissilit. Buxa crepant cerata genis impacta cruentis. Rubetque ab ictu curua tumens pagina.] S. Ambros. libr. 3. exæmer. cap. 13. Buxus quoque elementorum apicibus vtilis exprimendis, leui materia vsum manus puerilis informat. Vnde ait scriptura Sribe in buxo.] Id tamen clarius ex sacris litteris constat. Esai. *Scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud*. LXX. γράψον ἐπὶ πυξίυ ταῦτα. Scribe hæc super buxum.] Esaias 30. 8.

Habac. *Scribe visum, & explana eum super tabulas*. LXX. γράψον ὅρασιν, καὶ σαφῶς εἰς πυξίον. Scribe visionem, & perspicuè in buxo.] Vbi Ant. Agellius noster: ἐπὶ πυξίυ. In Buxo.: Ex buxo enim tabulę fieri solebant, in quibus scriberetur, non in charta, vt diutius quod scriptum fuerit seruetur.] Verùm vnus Nyssenus rem omnem explicat homil. 14. in Cantic. Densum quoddam, & subalbum lignum est buxus, de quo tabellas sibi conficiunt, qui scribere volunt. Huiusmodi ergo tabella scriptionis ad vsum comparata, etiam si forte alia facta sit ex materia, Pyxium, quasi dicas, buxeum, appellatur, vsurpatione quadam vocis non propria; quare cum vocem hanc audimus, instrumentum quoddam læue, & aptum ad recipiendas litteras intelligimus.] Translatione nominis, vt pro buxo pugillare intelligamus, quod ex buxo fieri solebat. At si πυξίον tabulam buxeam significat, quomodo subdit, ἐλεφάντινον? Ex Nysseno liquet responsio. Ait enim: Cum generale sit vocabulum ad omnes huiusmodi tabulas, idcirco hic etiam materiei species additur. Non enim dicit ex ligno, sed ebore factum opus huius tabellæ.] πυξίον enim translatè tabellam quamlibet scriptoriam significat. nam primò buxum: deinde quia aliquæ tabellæ scriptoriæ ex buxo erant, inde factum est, vt πυξίον quamlibet scriptoris tabulam significet. Quocirca etiam tabula lapidea πυξίον vocatur: Exod. *Dabo tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata quæ scripsi*. LXX. δώσω σοι τὰ Exod. 24. 12.

πυ-

πτύχια τὰ λίθινα. Dabo tibi tabulas lapideas.] Quocirca meritò etiam tabella ex ebore, πτύχιον appellari potuit. Fuisse autem antiquitus tabulas eburneas, satis compertum est. Vlpian. l. librorum ff. de legat. 3. Librorum appellatione continentur omnia volumina, &c. quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.] Appellabantur autem hæ tabellæ, libri elephantini: quia ebur, os elephantis est, & Ebur græce ἔλεφας dicitur: eburneus verò ἐλεφάντινος. Aelius Vopis. In Tacito Imper. Quum rumor emersisset, Tacitum imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Baiano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus, huic senatus consulto interfuit: quasi verè priuatus, & qui verè recusaret imperium. Ac ne quis me Græcorum alicui vel latinorum existimet temerè credidisse, habet bibliotheca Vlpia in armario sexto librum Elephantinum; in quo hoc S. C. præscriptum est: cui Tacitus ipse manu sua subscripsit: Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis scribebantur.] Sueton. in Tiberio cap. 43. Cubicula plurifariam disposita, tabellis adornauit, librisque elephantidis instruxit.] Martial. lib. 2 2. ep. 43. Legisti nimirum Sabelle versus, quales me Didymi sciunt puellæ, Nec molles elephãtidos libelli.] Hi non cera, sed atramento erant scripti. Vlpianus l. Librorum. ff. de legat. 3. Quod si in codicibus sint membraneis, vel Chartaceis, vel eboreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicibus.] Distinguit ceratos codicillos à codicibus eburneis. Clare Martial. lib. 14. epigr. 5. inscriptum, Pugillares eburnei. Languida ne tristes obscurent lumina ceræ, Nigra tibi niueum littera pingat ebur.] Qui enim obtusa oculorum acie laborabant senes, eburneis vtebantur pugillaribus atramento scriptis, quò litteræ atro colore formatæ in alba eboris tabella, acrius ferientes sensus, facilius, clariusque legerentur. Nisi forte dicamus sponsam hic per πτύχιον ἐλεφάντινον, Intellexisse tabulas buxeas: sed, vel ebore distinctas & ornatas, vel ebore opertas, vt eburnea tabula meritò dici queat, buxus quòd ebore vndique se vestitum demonstrat. Id verò olim factum notauit Plin. lib. 16. hist. nat. cap. 43. Excogitatæ sunt, & ligni bracteæ; nec satis: cœpere tingi animalium cornua, dentes secari; lignumque ebore distingui, mox operiri.] Cum autem eburneum asserit ventrem sponsi, pulchrum esse ostendit: Plato in Hippia maior. τὸ ἐλεφάντινον οἶμαι, καλόν ἐστι. Eburneum, vt sentio, pulchrum est.]

℣. 15. Species eius vt Libanus, &c.

LXXIIX. Pag. 44. Vt Libanus electus.] Ita interpungunt A. B. vt species eius non sit vt quilibet Libanus, sed vt Libanus electus. Euseb. siue Nyssen. id clarè ostendit, dicens: ὅλως ἐν τῷ τοῦ νυμφίου κάλλος, ἐκλεκτὸν ὠνόμασε Λίβανον. Planè itaque sponsi pulchritudinem electum appellauit libanum.] Quod rectè cõuenit, tum si per Libanum, mons Libani intelligatur: tum si non pro monte, sed pro thure, sumatur vt Theodoret. Vt, ait, non cuilibet thuri, sed thuri electo comparetur, puriori, masculo.] Plin. lib. 12. cap. 14. Prior, atque naturalis vindemia thuris circa Canis ortum flagrãtissimo æstu, incidentibus quà maximè videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, vbi loci natura poscat tegete palmea excipiẽte, alicubi area circumpauita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideò corticosum. Autumno legitur ex æstiuo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est, vere ad eam hyeme corticibus incisis. Russum hoc exit, nec comparandum priori. Illud carpheotum, hoc dathiatum vocant. Creditur & nouellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus. Religioni tributum, ne sexus alter vsurparetur.] Masculum hoc præcipuè sacrificijs adolebatur Virg. Eclog. 8.

Verbe-

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.] Turneb. lib. 10. Aduersar. cap. 2. Mascula thura Virgilius adoleri pręcipit tamquam excellentia, quoniam ea prima bonitatis gloriam obtinent. Dijs enim quod offertur, præstantissimum esse debet.] Hausit illa Plinius à Theophr. l. 9. hist. plant. cap. 4. Qui de loco in quo thus oritur agēs ait. Γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος ἐν τῇ τῆς Ἀῤῥάβων χώρας μέσης περί τε Σαβὰ, καὶ Ἀδραμύττα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μαμάλι. φύεται δὲ τὰ τοῦ λιβανωτοῦ, καὶ τῆς σμύρνης δένδρα. τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει, τὰ δὲ ἐν ταῖς ἰδίαις γεωργίαις ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν· τὸ δὲ ὄρος εἶναί φασι ὑψηλὸν, καὶ δασὺ, καὶ νιφόμενον. Oritur itaque thus in Arabum regione media circa Saba, & Adramytta, & Citibęna, & Mamali. Nascuntur autē thuris, myrrhæque arbores, aliæ in monte, aliæ sub montis colle culturis proprijs. Montem vero istum excelsū esse, & accliue, & ningi solitum tradunt.] De thuris autē varietate. εἶναι δ᾽ ἀμφοτέρων ἐντετμημένα, καὶ τὰ στελέχη, καὶ τοὺς κλάδους. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὥσπερ ἀξίνῃ δοκεῖν πεπλῆχθαι. τὰ δὲ λεπτοτέρας ἔχειν τὰς τομάς· τὸ δὲ δάκρυον, τὸ μὲν καταπίπτειν· τὸ δὲ καὶ πρὸς τῷ δένδρῳ προσέχεσθαι· ἐνιαχοῦ μὲν ὑποβεβλῆσθαι ψιάθους ἐκ τῶν φοινίκων πεπλεγμένους· ἐνιαχοῦ δὲ, τὸ ἔδαφος μόνον ἠδαφίσθαι καὶ καθαρὸν εἶναι· τὸν μὲν ἐπὶ τῶν ψιάθων λιβανωτὸν εἶναι, καὶ καθαρὸν καὶ διαφανῆ· τὸν δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἧττον. Sectionem esse ambarū arborum & caudices, & ramos. Sed alias veluti securi percussas videri: alias verò tenuiores incisuras habere: alias lacrymas, quæ tum decidant, tum arbori inhęreant: nonnumquā etiam subiectas tegetes ex palmis contextas: alibi vero solum tantummodo circumpauimentatum, & hoc purum thus esse. Quod autem tegete excipitur, thus esse, & purum, atque perlucidum. Quod verò terra excipitur, minus.] Si autem Libanus non pro Thure sed pro monte ipso sumatur, tunc iurè non monti Libani tantùm comparat speciem eius, sed monti Libano electo,

Esai. 35 2. quia: *Gloria Libani data est ei*. Hoc est amænitas, vt exponit Euseb. lib. 6. Demonst. c. 21. cum enim Libani mons multos complectatur montes, vt supra num. LXVI. latè diximus; comparat vni eorū electo, excelsiori ac præclariori: & fortasse illi mōti qui verè Libanus absolutè nuncupabatur, nimirum thuriferus. Libanus enim mons appellatur, ἀπὸ τοῦ λιβάνου. A thure, quod tum grecè, tum hebraicè, Libanus appellatur. Leuit.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Deo, simila erit eius oblatio, & ponet thus. Leu. 2. 1

Hebr. לבנה *Leuona*: LXX. λιβάνου. Et à thure montem illū appellatū Libanum, ait Auson. Edyl. 5. de vere primo: Florum spirat odor, Libani ceu montis honor thus.] Et ideo in sacris litteris suauis odor huic monti tribuitur.

Ecclesiast. *Quasi Libanus odorem suauitatis habete*. Eccl. 39 17.

Ose. *Et odor eius vt Libani*. Ose. 14. 7.

Odorem autem hunc esse thuris, ibi exponit Cyrillus Alexandr. εὐοσμότατον κομιδῆ τοῦ λιβάνου τὸ χρῆμα· ταύτη τοι καὶ ὡς ἱερὸν τῷ Θεῷ, ὁ Μωσέως αὐτὸ κατεχρηματίσε νόμος· λιβάνῳ γὰρ δεῖν καταπάττεσθαι τὴν προσαγομένην σεμίδαλιν εἰς θυσίαν, διετύπου πολλαχοῦ. Odoratissima res est thus. Quod circa & oracula legis Moysis sanctū ipsū esse Deo voluerunt. Sæpe numero enim offerendam Deo similam thure conspersam in sacrificium, sanxerunt.] At, qui fieri potest vt thuriferas arbores Libanus ferat, cum dicat Plin. l. 12. cap. 14. Thura præter Arabiam, nullis.] Potest, quia nec ab Arabia distat Libanus. Strab. lib. 16. δύο δέ ἐστιν ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν Κοίλην καλουμένην Συρίαν, ὡς ἂν παράλληλα, ὅ, τε Λίβανος, καὶ Ἀντιλίβανος· τελευτῶσι δ᾽ ἐγγὺς πως τῆς Ἀραβίων ὀρῶν. Duo porrò montes sunt, qui Syriam concauam, seu Coelesyriam nuncupatam efficiunt, æqualibus ferè inter se dissiti spacijs, Libanus & Antilibanus, qui terminantur Arabiæ montibus.] Plin. lib. 5. cap. 20. Mons Libanus Simyram vsque porrigitur, quà Coelesyria cognominatur. Huic par, interiacente valle, mons aduersus, Antilibanus obtenditur, quondam muro coniunctus.] Mons autem Libani inquit S. Hieron. in cap. 14. Osee. Fertilissimus, & virens, densissimis arborum comis protegitur.] Et in cap. 11. Zach. Nihil Libano in terra repromissionis, excelsius est, nec nemorosius & condensius.]

densius.] Huic meritò comparatur sponsus quo nihil celsius, sublimius est. *Sicut cedri.*] Est in recto, in numero multitudinis.

AD CAPVT SEXTVM.

℣. 3. Pulchra es, &c.

LXXIX. Pag. 47. Pulchra es sicut beneplacitum.] Conquesta erat sponsa, se verberibus acceptam, Theristo spoliatam, nec sine dubia suæ famæ opinione: Nunc eam solatur sponsus, eamq. nihil opinionis amisisse, immo summè pulchram fore, & in opinionem maiorem, præclarioremq. venisse pulchritudinis ac gratiæ asserit, ita vt in oculis esset sponsi. S. Ambr. lib. 1. de Virginib. legit: Formosa es proxima mea, vt bona opinio.] Non longe abes à me, sed proxima mea es, nec mala aliqua tui opinio vmquam irrepsit, immo bona est, fuitque semper, & erit opinio tui. Nec enim qui quærit Christum opinione minuitur, immo gloriam maiorem, maioremque nanciscitur existimationem: quia tunc summè Deo placet. Ne itaque angeretur animo sponsa num rectè quesierit sponsum, nunc laudatur à sponso, quò certò teneat se nihil cum sponsum quæreret peccasse. S Ambr. lib. de Isaac cap. 7. Laudatur itaque à sponso, quòd tam bene & constanter requisierit eum: Ideoque iam non solum soror dicitur, sed etiam beneplacita nominatur, quasi ei complacita, qui complacuit patri: & speciosa sicut Hierusalem, sicut admiratio ordinata, quòd ciuitatis æternæ vniuersa habeat mysteria, & admirationi sit omnibus videntibus eam.] Symmachum sequitur S. Ambros. qui legit εὐδοκητή. Hebr. כתרצה *chethirsa*, sicut Thersa. Erat Thersa ciuitas quędam præclara, sedes olim regum Israel 3. Reg. *Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama & reuersus est in Thersa.* Hebr. תרצה. Et paulo post. *Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Achia super omnem Israel in Thersa viginti* 3. Reg. 15. 22.

quattuor annis. Et adeo preclara erat vt ibi sedem regni collocauerit 3. Reg. *Regnauit Zambri septem diebus in Thersa* Et paulo post: *Ambri regnauit in Thersa sex annis.* Ibique regiam, palatiumque regium fecerant sibi reges Israel 3. Reg. *Ascendit Ambri & obsidebat Thersa. Videns autem Zambri quod expugnanda esset ciuitas ingressus est palatium, & succendit domum regiam.* Ibique etiam sepulchra erant regum. Vt ibidem testantur sacræ litteræ: *Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa.* Sortita autem hoc nomen erat a pulchritudine, & amoenitate eius: quandoquidem reges a Samaria in hanc ciuitatem regiam sedem transtulerant. Siquidem תרצה a radice, רצה formatur, quæ significat approbare, beneuolentia prosequi. inde רצון gratia, beneuolentia, fauor, hilaritas. Prou. *Bene consurgit diluculo qui quærit bona* hebr. רצון *Ratson*. LXX. τεκταινόμενος ἀγαθὰ ζητεῖ χάριν: Bona fabricat is qui quærit gratiam. Et alibi: *Qui inuenit mulierem inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.* LXX. ὃς εὗρε ἀγαθὴν, εὗρε χάριτας. Qui inuenit mulierem bonam inuenit gratiam. Aquila, Sym. & Theod. εὐδοκίαν. Beneplacitum. Vt ex his duabus sententijs recte explicetur sponsi dictum. Quasi dicat, tu o sponsa quærens me qui gratia sum, bona ædificasti, adeo vt pulchra sis vt ciuitas Thersa, & decora sicut Hierusalem, atque non secus ac reges illi regiam fixerunt in Thersa & Hierusalem ob earũ amoenitatem, Mihi in te habitare complacuit, quia tu bona mulier, & illud tuę bonitatis signum, quia tu καλὴ ὡς εὐδοκία. Pulchra vt beneplacitum. Huc usq. te comparaui turturi, currui Pharaonis, columbæ, malo punico, fauo, melli, horto, turri Dauid, monti Libano: At cum parua forent ista, nec speciem exprimerent tuam, non vnæ aut alteri rei te comparo, sed ciuitatibus regijs, quæ pulchritudinem rerum omnium in se complectuntur, Thersæ, & Hierusalem. Me quærens bonam pulchramque tibi fabricasti ciuitatem, te effecisti pulchram sicut Thersa, & formosam

3. Reg. 16. 15.

3. Reg. 16. 18.

3. Reg. 16. 6.

Prou. 11 27.

Prou. 18 22.

mosam sicut Hierusalem. Verùm pulchra vt Thersa effecta est, ex meo beneplacito, ideo pulchra vt beneplacitum: ita mihi placuit, vt totam pulchritunem ex beneplacito voluntatis meæ nacta fuerit, si bona ædificasti, id ex beneplacito meo fa&um est. Quod & Dauid optabat, dicens: *Benigne fac in bona voluntate* ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, *tua Dñe vt ædificentur muri Hierusalem*. Aedificati sunt muri in Virgine, quæ pulchra est vt beneplacitum, formosa vt Hierusalem. Quia obtulit seipsam hostiam sanctam, Deo placentem, rationabili prestito obsequio. Et impletum in ea est, oraculum Esaiæ: *Non vocaberis vltra derelicta, sed vocaberis voluntas mea in ea, quia complacuit Domino in te*. Dixit enim angelus ei: *Inuenisti gratiam apud Deum, ecce concipies, & paries filium, hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur*. Vt enim nascens in terris Christus, Angeli canunt: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Siue vt textus græcus habet εὐδοκία, In terra pax, hominibus bona voluntas, seu beneplacitum: ita Christo incarnato in Virginis vtero facta est pax, & beneplacitum, pulchra nimirum vt beneplacitum, & formosa vt Hierusalem, quę pacis interpretatur visio. Cui interpretationi adhęret Matthæus, explicans *Sicut Hierusalem*, ὡς ἱερᾶς εἰρήνης αἰτία, ἢ πᾶσιν αὐτῆς εἰρήνην παρέχων πρόξενος. S. Hier. ep. 17. ad Marcel. Hierusalem appellatur visio pacis, ex quo Salomon, idest pacificus in ea natus est, & factus est in pace locus eius.] Atque adeo, cum ex Eusebio Cæs. lib. 9. Præparat. Euang. cap. 4. Hierusalem significet, ἱερὸν Σολομῶντος, Sacra ædes, seu templum Salomonis; iure Virgo dicitur, formosa vt Hierusalem, quia ipsa templum fuit veri Salomonis, pacifici nimirum regis Christi. Quę Eusebij interpretatio, in Rabbinorum sententia fundatur, qui Hierusalem, non ex Iebus & Salem, sed ex monte illo Moria, dictā asserunt, qui appellabatur: *In monte Dominus videbit*. Nam Hebręi in l. Berescith Rabba, in Genesi magno c. 9. inquiūt, Hierusalem dici, quasi ירא שלם *yr be scalem*. & in eo monte ędificatum esse templum constat, qui appellatur יהוה יראה Iehoua irhe, *Dominus videbit*. Vidit, & prouidit cum in monte Virginis, templum sibi ædificauit vnigenitus Dei filius, ex beneplacito voluntatis suæ, ex ea carnem sumens, nouen mensium spatio in eius perstitit vtero. Ideo formosa vt Hierusalem. Quia in ea vt in Hierusalem sacrarium Spiritus sancti, templum Domini constitutum fuit.

Psal. 50. 19.

Esai. 62. 4.

Luc. 1.

Gen. 22. 14.

℣. 9. Quæ est ista, &c.

LXXX. Pag. 49. vers. 9. Quasi aurora.] Ita alibi etiam Vulg. interpres auroram reddidit ὄρθρος apud LXX. & שחר In hebr. Gen. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora*. LXX. ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. S. Hieron. cap. 66. Esai. Quæ est hęc quæ processit quasi diluculum?] S. Ambr. l. de Isaac cap. 7. Quæ est hæc prospiciens tanquam diluculum.] Cum autem Aurora ascendit, inclinat se ad nostrum emisphęrium & veluti nostrum prospicit orbem, ideoque idem fere tres hæ interpretationes significant, progreditur, prospicit, inflectit se. Vbi se proripit, & prospicit Aurora fugātur tenebræ noctis, & stellę obtenebrantur: vbi sponsa processit, ceterarum puellarum pulchritudo obumbrata est. Eadem translatione vtitur Theocr. Idyll. 18. Vt ex hac excerpsisse videatur. Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον, Πότνια νὺξ ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος· ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν, Πιείρη, μεγάλη. Sicut vbi nox alma recessit Os croceum cęlo profert aurora renascens: Sicut & inuisæ quum cedunt tempora brumę Ver placidum terras aperit candore niuali, sic Helenę formosa chori decora omnia nostri exuperat; tali inter nos lumine fulget, illa decens, & magna.] Quasi aurora, quia ea ascendente fugantur sidera, nec oculis mortalium amplius splendent. Seneca: Iam vaga cęlo sidera fulgens aurora fugat.] Virgil. Aeneid. 3. Rubescit, stellis aurora fugatis.] Et sanctorum, qui vt stellę fulgent in æternas hęreditates, pęnè fugatus est fulgor, vt apparuit

Gen. 32. 26.

apparuit Virgo, de qua canit Ecclesia, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Præparat soli locum Aurora quò spectari ab hominibus possit, nec enim ab extremo ad extremum vt asserunt philosophi, transitus fit sine medio; quis namque in noctis tenebris constitutus illico solem ipsum posset inspicere? Ideo vt oculus sensim lumen aspiciat; præit Aurora soli, Virgil. Aeneid. 9. Præuià flammiferi cursus Aurora rubebat.] Sol iustitiæ Christus, vt conspici possit ab hominibus, præuiam Auroram præmisit, ne ingenti illo Christi fulgore percussi oculi mortalium caligassent, vt & propheta cecinit.
Ose.6.3. *Sciemus, sequemurque Dominum vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius*. Fugat exoriens tenebras noctis Διον. κζ. λύε κελαινὴν νύκτα δ'ι ἠέρος. Dissipabat nigram in aere noctem.] Et Virgo noctem dissipauit errorum, de qua canit Ecclesia: *Cunctas hæreses sola interemisti*. Fugat malorum tenebras, ad quam Ecclesia deprecabunda ait: *Mala nostra pelle*. Vt verè, Porta lucis fulgida, appelletur, quæ porta extitit vnde lumen mundo ingrederetur. *Ex te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster*; Aurora cælis lumen restituit. S. Ambr. in Psal. 21. Prius quàm orbem radiorum clarus splendor illuminet, matutinum noctium tenebris terminum ponit, ac resoluta sensim caliginum cæcitate, rebus cunctis facies quædam ac lumen infunditur: & cum veluti sub vna materie tenebrarum mundus in confusione iacuierit, interueniente matutino diuersa specierum varietate distinguitur, hoc est cum omnia cęca fuerint, oculi omnium reparantur.] Et Ecclesia canit, *Profer lumen cæcis*. Aurora est βίυ πρόπολος, vt inquit Orphe. in hymn. Vitę administra. & Ecclesia canit: *Vitam datam per Virginem, gentes redemptæ plaudite*. Vt iure, sicut exurgente Aurora cuncta lætantur Calab. ε. Κίδνατο παμφανόωσα, γέλασε δὲ γαῖα καὶ αἰθήρ. Spargebatur lucens vndique, & terra cęlumquę risit.] Ita nascente Virgine mundus lætitia perfusus est: *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo*. Crescit autem sponsi laudatio, prius enim Auroræ nascenti comparat, deinde lunæ, demum soli. Meritò pulchrà vt luna, quia luna non calefacit, sed refrigerat potius: & de sacra Virgine S. Ambr. de instit. Virg. cap. 7. Tanta erat Virginis gratia, vt non solum in se virginitatis gratiam reseruaret, sed etiam his quos viseret, integritatis insigne conferret.] Vt iure dictum sit ei, qui sub tante Virginis patrocinio degit.
Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Ps.120.6

℣. 10. In hortum nucum, &c.

LXXXI. Pag. 49. Illic dabo vbera mea tibi.] A. & B. LXX. Vat. Philo carpat. Theodoret. ac tres partes in com. à Biblia autem regia, & hebr. absunt hec verba, & sunt eadem quę infra c. 7. 12. Verùm B. non μαστοὺς, sed μόσχους legit, Stolones, vel vitulas tenellas, nouella germina, seu odoramenta muschi. Quæ omnia vox illa significat.

LXXXII. Pag. 50. l. 24. Αμιναδάβ ἐβραϊστὶ εὐδοκία πατρὸς ἑλήνισται.] Plura significare Aminadab tradunt patres: Patrem populi. S. Ambr. l. de Isaac cap. 8. Posuit me currus Aminadab, hoc est pater populi.] Populum sponte offerentem. S. Hieron. lib. 1. aduer. Iouin. Aminadab quod interpretatur, populi sponte offerentis.] Voluntarium beneplacitum. S. Amb. in Psal. 118. serm. 17. Aminadab hoc est, voluntarij vel beneplaciti.] Tandem patrem beneplaciti, seu beneplacitum patris. S. Amb. serm. 3. Aminadab autem interpretatione significatur, pater beneplaciti.] Heb. עמי נדיר *nghami nadid*. nghami à radice עמם *nghamam*. Nam LXX. Interpretati sunt עם *ngham* hominem. Iob: *Ergo vos soli* עם LXX. Iob. 12.
ἄνθρωποι *homines*. & alibi Virum. Prou. 2.
gemunt עם LXX. ἄνδρες, *viri*. Ge- Prou.29
nus. *Peperit filium, & vocauit* Gen.19
nomen eius Ammon, idest filius populi 38.
mei. בן עמי *ben ghami*, υἱὸς γένους μου. Filius generis mei, *Ipse est pater Ammonitarum*. Sed fortassę legit Mat-

thæus

thaus non *nghami*, sed אמ *hammi*. nam LXX. interpretantur אם *ham* parentem. Prou. *Puer autem qui dimittitur voluntati suæ confundit. heb.* אמו *himmo* LXX. γονεῖς αὐτοῦ, *Parentes eius*. Itaq. sacrosancta Virgo est currus beneplaciti patris, quia ipsa in vtero, sinu, & vlnis eum pertulit, de quo apertis cælis pater elata voce protulit: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*. Currus beneplaciti, quia ipsa εὐδοκίαν bonam voluntatem, beneplacitum protulit, vbi enim Christum quem in vtero portauerat peperit, illico clara voce canunt Angeli. *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Gr. verò ἀνθρώποις εὐδοκία. Hominibus bona voluntas, beneplacitum. quia tunc placuit Deo habitare nobiscum: tunc voluntatem suam bonam erga genus humanum ostendit: tunc placere Deo naturam humanam, vtpote Dei filio vnitam, declarauit. Ideoque canit Dauid: *Cantate Domino canticum nouum, quia beneplacitum est Domino in populo suo*. Tunc beneplacitũ patris in terris degere asseruit: *Vt notũ faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius*. Virgo currus est beneplaciti, quia ipsa est *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*. *Currus Dei decem millia, multiplex millia lætantium*. Currus beneplaciti patris: quia ipsa vehit, & fert secum beneplacitum patris, vt si velimus beneplacitum Dei, ex ipsa expectemus, ad ipsam accurramus, offerat ipsa, vehat ipsa in suo curru opera nostra, & placebunt Deo. Currus beneplaciti patris: quia non arctè, & strictim, sed abundè, longe lateque beneplacita fert nobis. Ad id posita est Virgo Maria, quò currus sit Aminadab, hoc est, populi sponte offerentis, vt oblata ipsa ferat ad patrem nostrum. Currus populi sponte offerentis, quia qui sub patrocinio Virginis pergit in via Dei, non pedibus, sed velut in curru summa facilitate, sine labore, ac citissime, pergit ad ciuitatem illam sanctam Hierusalem, vt per prophetam promiserat Deus. *Adducent omnes fratres vestros donum Domino, in quadrigis, in lectìcis, & in carrucis ad montem sanctum Hierusalem*.

Pro. 29. 15. — Ps. 149. — Eph. 1. 6. — Psal. 67. 17. — Esa. 66. 20.

V. 12. Reuertere Sulamitis.

LXXXIII. Pag. 50. vers. 1. ἐπίστρεφε ἡ σουλαμῖτις.] Sulamitis, non Sunamitis vterque codex habet A.B. Biblia regia, & hebr. שולמית *sciulamith*, & ita legisse Matthæum ex eius interpretatione satis liquet: vt etiam Aquila, qui interpretatur ipsũ nomen, & legit ἡ εἰρηνεύουσα, quæ in pace degis. Sunamitis autẽ non pacifica sed coccinea interpretatur. S. Hier ep. 2. Ad Nepotian. Porro Sunamitis in lingua nostra nostra, coccinea dicitur.] Quorsum enim hic Sunamitis introduceretur in dramate? Adolescentula inquam illa de qua 3. Reg. *Inuenerunt Abisac Sunamitem, & adduxerunt eam ad regem*. Nimirum Dauid. Quo circa Antiphona 1. Noct. com. Virgin. in Breuiario Romano, quæ ex his formata est verbis, corrigenda foret, Reuertere, reuertere, Sulamitis. Duas verò simul nectit hic Matthæus interpretationes, vnam nominis ipsius hebraici, vt Sulamitis a radice שלם originem trahat, & ita pacifica, seu Salomonica, appelletur Salomonis sponsa. Alteram ex forma ipsa nominis patronymici, vt Sulamitis sit Solomonis filia. Cum viderent sponsam hanc vltra progredientem tanquam auroram, summis expetunt precibus vt reuertatur. verùm pacifica, pacem nimirũ ferens. Ea enim experitur, eam cuncti in votis habent. paulò namque ante dixerant admirabundæ. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, terribilis vt castrorum acies ordinata*.] LXX. θάμβος. Pauor, terror vt castrorum acies. Nunc exorantes dicunt, ne quæso terrorem incutias, reuertere, nec amplius arma bellica, sed pacẽ sume S. Amb. de obitu Valent. Conuertere Sunamitis, conuertere ad pacem.] Legendum autem Sulamitis non Sunamitis, nam alludit ad nominis notionem. Idem in Aggæum proph. *Magna erit gloria domus istius nouissima*. *In loco isto dabo pacem*. Pax enim & tranquillitas animæ super omnem gloriam domus est, quia *Pax superat*

3. Reg. 1 — Agga. 2 — Phil. 4. — Agga. 2

perat omnem sensum. *Assumam te Zorobabel, & ponam te vt signaculum, quia te elegi.* Etenim cum fuerit anima nostra pacifica, vt dicatur ei: Conuertere, conuertere Sulamitis, quod pacificam significat, & vt tuo nomine vtar εἰρηναῖον, tunc accipiet in se sicut signaculum Christum, idest imaginem Dei. Et oportet nos portare imaginem coelestis, idest pacem. Atque vt sciamus verum esse, habes in Canticis in vltimo, iam perfectæ animæ dici: Pone me vt signaculum in brachium tuum, vt luceat pax in corde tuo, & in operibus tuis Christus.] Quia *ipse est pax nostra*, & est *Deus pacis*. Cum itaque ipse Sulamitem interpretetur pacificã, vtiq legit sulamitem, non sunamitem. id autẽ, quod ait, vt tuo nomine vtar εἰρηναῖον, dicit quia ad Iræneum librum direxerat, & ideo in nomine eius ludit. Cum itaque Salomon sponsus pacificus foret, optat, sponsam eius etiam pacificam: & vt conuertatur, ait, à bello ad pacem, mittat arma, hostilia signa deponat, & sumat amicitiæ pacisque foedera. Reuertere Sulamitis, vt intueamur te. Nisi enim Sulamitis, hoc est, pacifica reuertaris, intueri te nequimus, terror ille castrorum obstringit oculos, lumina auertit, tenebras trudit.

Ephes. 2. 14.
Roman. 15. 33

AD CAPVT SEPTIMVM.

℣. 1. Quid videbitis, &c.

LXXXIV. Pagin. 51. Filia Aminadab.] ita A. B. Regia tamen, & LXX. Vat. ναδάβ. sed fortè excidit è manu librarij *Ami*. Nam ita legit S. Hieronym. lib. 1. aduers. Iouin. S. Ambros. de institut. virgin. cap. 14. & in Ps. 118. serm. 17. vers. 5. ex quo videtur suam hauxisse expositionem Mattheus, ait enim: Ad spõsam dicitur in Canticis: Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis filia Aminadab. Moduli femorum tuorum similes torquibus opere manuum artificis. Non est dubium gressus hic quoque Ecclesiæ, vel animæ profectus significari. Filia Aminabab, hoc est voluntarij, vel beneplaciti. Rectè ergo petit Dauid gressus suos dirigi, vt fiant & ipsi speciosi.] Cum enim anima proficit, & de virtute in virtutem progreditur, tunc filia Aminadab appellatur, hoc est beneplaciti, quia summè placet Deo, eiusque delicium est.

℣. 4. Oculi tui sicut stagna, &c.

LXXXV. Pagin. 53. vers. 4. Esebon apud Hebræos.] Innuit S. Ambros. in Psal. 118. serm. 16. Stagna in Esebon, quid est nisi in cogitationibus rationabilibus abundantia.] S. Hieronym. clarè in cap. 16. Esai. Omnes cogitationes eorum, quod significat Esebon.] Quocirca Aquila apud Theodoret. hic, vertit pro Esebon, cogitationem.] Philo libr. Allegor. leg. *Ignis exiuit ex Esebon*. ἐσεβὼν ἑρμηνεύεται λογισμοί· οὗτοι δὲ εἰσι αἰνίγματα ἀσαφείας γέμοντες. Esebon interpretatur cogitationes, quæ ænigmata sunt obscuritate plena.] Fit enim חשבן *chesebon*, à radice חשב cogitare. Psal. *Et cogitationibus tuis*. Hebr. ומחשבתיך *vmachscebotecha*. LXX. καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου. Prou. *Cogitationes consilij*. Hebr. מחשבות *machasciaboth*. LXX. διαλογισμοί. 2. Paralip. *Adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est*: Hebr. ולחשב כל-מחשבת *velachsciob col machasciabeth*. LXX. καὶ διανοηθῆναι διανόησιν. & excogitare cogitationem. Oculi itaq. sponsæ sunt sicut stagna, hoc est aquarum abundantia, quę non elabitur, & effluit, sed perpetuò perstat, in Esebon in cogitationibus, in cogitationibus inquam licèt multis tamen non elabentibus, sed iugiter persistentibus. Tunc enim laudatur oculus cum nõ rapitur à multis cogitationibus, sed constanter in eadem re figit obtutum. Vt enim is, qui multa fixè cogitat, non vagatur huc illucque instabilibus cogitatis. ita oculus sponsæ non nictat, nutat, inconstanter vagatur, sed firma, fixaque acie intuetur suum sponsum. Ideo sapiens præcipit: *Ne circumspicias speciem alienam.* Ne vageris huc illucq.

Ps. 39.7
Prouer. 20.18.
2. Par. 2, 14.
Eccl. 9.7.

circumcirca aspiciendo alienam speciem, sed attento, defixoque intuitu tuam inspicere speciem.

LXXXVI. Pagin. 53. Damascus χύσιν αἵματος σημαίνει.] Philo lib. de hærede diuinarum rerum. Δαμασκὸν, τὸ δ' ἐστὶ μεταληφθὲν αἷμα σάκκου. Damascus sanguis quidem sacci interpretatur.] S. Hieronym. epist. 140. ad Principiam: Verè πύργος, verè turris candoris, & Libani, quæ prospicit faciem Damasci, sanguinem videlicet saluatoris, ad sacci poenitentiam prouocantem.] Immo à sanguinis effusione dictus est Damascus, eo quod ibi sanguis iusti Abel effusus fuerit. S. Hieronym in cap. 27. Ezechiel. Damascus interpretatur, sanguinem bibens: & Hebræorum vera traditio est, campum, in quo interfectus est Abel à parricida Cain fuisse in Damasco. Vnde & locus hoc insignitus vocabulo sit. Iustè, & Paulus, post interfectionem Stephani primi in Christo Martyris, perrexit in Damascum.] Quia *Ibat spirans minarum, & cædis in discipulos Domini*; eorum anhelans effundere sanguinem. Pergebat itaque in Damascum, quia sanguinem effundere pergebat. דמשק *dammask*, quasi דם *dam*, sanguinem שק effundens à radice שקה *saka* irrigare, effundere. Iob: *Et medullis ossa illius* ישקה iesuke, *irrigentur*. LXX. διαχεῖται effluent, & effundent.

Act. 9. 1

Iob 21. 24.

℣. 5. Caput tuum vt Carmelus, &c.

LXXXVII. Pag. 54. vers. 5. lin. 6. Carmelus ἐπίγνωσις λέγεται.] S. Hieronym. in cap. 16. Esai: Quodque addidit de Carmelo, hoc significat: non quod hæretici verè Carmelum habeant, idest spiritualis circuncisionis notitiam.] Tres patres apud Theodoret. Carmelus super te, cognitio est circuncisionis, quæ in te est, sic enim Carmelum interpretamur.] Olympiod. in cat. græc. in cap. 2. Ierem. vers. 7. εἰς τὸν καρμηλον: ὄρος τοῦτο τῆς Παλαιστίνης· ἑρμηνεύεται δὲ ἐπίγνωσις περιτομῆς· δι' ἧς ἀποτεμνόμεθα τὰ ἀγαθὰ, ἀπὸ τῶν φαύλων. *In Carmelum*. Palestinæ mons hic est: cognitio autem circuncisionis interpretatur, per quam bona à malis recidimus.] Et in cat. Meursij in cant. græc. in principio vbi sunt interpretationes nominum hebræorum. Κάρμηλος, ἐπίγνωσις περιτομῆς. Carmelus cognitionem significat circuncisionis.] Meritò autem Esaias asserit, Iustitiam in Carmelo habitasse; quia iudex, vt iustum iudicium exequatur, causæ agnitione indiget: nec princeps, qui suos non agnoscit populos, eorumque facinora, iustè iudicare poterit. Quocirca Salomon, inquit, *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera*. Et Deus quamuis cuncta optimè nosset, tamen vt suo nos informaret exemplo, antequam damnationis sententiam contra eos, qui in Sodomis erant, proferret, ait: *Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam*. Nec enim regi, aut puniti pecus potest sine agnitione saltem vultus, alioquin vitia, morbos, mortem potius pastor afferet, ingeret, quàm virtutes, salutem, vitam. peruicax non obsequens grex à rudi, & insciente rectore ductus pessũ ibit. Idcirco Dominus, cum dixisset, *Ego sũ pastor bonus*. subdit, *Et cognosco oues meas*. Bonus pastor, quia cognosco oues. *Oues meæ vocem meam audiunt; & cognosco eas: & sequuntur me meæ*. Sequuntur, quia rectè eas rego, & eas optime cognosco: scio eas oportunis cibare pascuis cum opus fuerit: ideo non errant, pastorem non relinquunt, *Sequuntur me meæ*. Caputi taq. gregis, Carmelus vt sit, opus est.

Esa. 32. 16.

Prouer. 27. 23.

Genes. 18. 21.

Ioann. 11. 14.

Io. 10. 27

LXXXIIX. Pagin. 53. lin. 15. Rex in curriculis.] βασιλεὺς Rex, in recto. Ita LXX. & hebr. nam באּרגמן *babargaman*, *Purpura*, non est in regimine cum habeat accentum athnac, distinguentem medias periodos. Δεδεμένος, ligatus. Hebr. אסור *asur*, quod verbum signifi-

3. Reg. 7.10. gnificat ligare, iungere, aptare equos currui. 4. Reg. *Nullum ibidem reperiemus nisi equos, & asinos alligatos*. Heb. הסוס אסור *bassus asur* LXX. ἵππος δεδεμένος: equum ligatū. 3. Reg. *Iunge currum tuum*. Heb. אסר *besor*. LXX. ζεῦξον τὸ ἅρμα: iunge currum. Exod. *Iunxit ergo currum*. Hebr. ויאסר *iesor*. LXX. ἔζευξεν τὰ ἅρματα, Iunxit currus suos. Ἐν παραδρομαῖς, *In curriculis*. Mattheus exponit ἐν ἱππηλασίαις. In curriculis, in agitationibus equorum. Homer. Iliad. η. ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη, vt educendis curribus via sit. Schol. πλατεῖα· ἱππηλασίη, ἵππων ἐλασία: in equestri agitatione curruum, via strata sit. Non secus igitur ac rex, qui ligatis, iunctisque equis currui, in stadio currum agitans, procedit. Regum enim erat, regiæque maiestatis insigne in curribus carrucisque vehi. quocirca & aurigandi etiam summo studio tenebantur reges. Tacit. lib. 14. annal. Vetus Neroni cura erat curriculo quadrigarum insistere, &c. quod Regibus, & antiquis ducibus factitatum memorabat.] Locumque describit, in quo agitandis equis se exercebat Nero, ibidem. Clausum valle Vaticana spatium, in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo concessum: mox vltrò vocari populus Romanus, laudibusque extolli, vt est vulgus cupiens voluptatum, & si eodem princeps trahat, lętum.] Dio in Nerone. ἐν δὲ τοῖς ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας. Nero in olympijs currum agitauit.] Idque pluries fecisse, in eo libro memorat. Ael. Spartian. de Commodo Imper. Aurigæ habitu currus rexit, equosque curru- les sibi comparauit.] Sueton. de Gaio Imper. capit. 19. Quadrigario habitu, curriculo bijugi famosorum equorum, per pontem vltrò, citroq. commeauit.] Cicer. ad Attic. libr. 13. Nec est melius quàm vt Lucullus sustineat currum, equosque vt bonus sæpe agitator.] Licèt id parce ab Imperatoribus factum, cum potius probri foret currus agitare: nam id seruorum erat. Dio in Adriano. ὡς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθών, ἐπεί ἐν τε θέᾳ βοῶν ὁ δῆμος ἁρματηλάτην τινὰ ἐλευθερωθῆναι ἐδεῖτο, αὐτὸς ἐπὶ διὰ πινακίου γραφῆς, εἰπὼν ὅτι, οὐ προσήκει ὑμῖν οὔτε παρ' ἐμοῦ αἰτεῖν, ἵνα ἀλλότριον δοῦλον ἐλευθερώσω· οὔτε τὸν δεσπότην αὐτοῦ βιάζεσθαι τοῦτο ποιῆσαι. Vbi Romam venit, ac populus in spectaculo magnis ab eo vocibus contenderet, vt cuidam aurigæ libertatem daret: negauit se facturum, scripsitque in tabella, non decere populum Romanum ab se petere, vt aut ipse alienum seruum libertate donaret, aut dominum ad id faciendum compelleret.] Scripto, non ore respondit populo, ex imperiali maiestate, & vt responsum eius, lex foret. Et licèt postea mutato rerum statu, principes vellent etiam ipsi currus agitare, id tamen luce, & palàm agere verebantur. Dio in Commodo ex Xylandri versione: Currum numquam agitauit publicè, nisi quando nocte obscura id facere cupiuisset: pudebat enim eum multitudinis.] Sed parum ex fide. græc. ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ οὐδαμόθεν ἅρματα ἤλασε, πλὴν εἰ μήπου ἐν ἀσελήνῳ νυκτί· ἐπιθυμήσας μὲν καὶ δημοσίᾳ ἁρματηλατῆσαι· αἰσχυνθεὶς δὲ, καὶ ὀφθῆναι τοῦτο ποιῶν. Currus numquam agitauit publicè, sed cum id ageret, nonnisi obscura nocte agebat. nam licèt maximo teneretur desiderio publicè agitandi currus, tamen verebatur ne id facere consþiceretur.] Tacit. libr. 14. annal. Vetus Neroni cura erat, curriculo quadrigarum insistere, nec minus fœdum studium citharæ.] Nec minus fœdum, quia non modò cithara, sed etiam agitatio, fœda res erat principi. Curru tamen vehi, non fœdum, sed insigne honoris, maiestatisque imperialis erat. Ammian. Marcell. libr. 14. Augusti vehiculum irascentis per spatium mille passuum ferè pedes antegressus est Galerius purpuratus.] Sueton. de Nerone capit. 30. Numquam carrucis minus mille fecisse iter, traditur.] Simocatt. libr. 8. histor. Mauric. capit. 10. de Phoca Imperatore. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπιβαίνει τῆς πόλεως ἐφιζάνων ἅρμα-

3. Reg. 18.44.

Exod. 14.6.

ἁρμαμάξης βασιλικῆς· οὕτω μὲν οὖν ἐπιφανῆ καὶ παράδοξον τὴν εἴσοδον ἐπὶ τὰ βασίλεια τεθέαται λαμπρῷ ὁ τύραννος ἐποιήσατο. Postridie imperatorio insidens curru Vrbem adit: ac ita sane quadrigis albis, splendida, & magnifica pompa regiam ingressus est.] quæ ita latinè reddidit Paulus Diac. libr. 17. histor. Introiuit regalia, super imperialem sedens carrucam.] Ael. Lamprid. de Heliogabalo Imp. Imperator verò etiam sexcenta vehicula dicitur duxisse: asserens decem millibus camelorum Persarum Regem iter facere, & Neronem quingentis carrucis iter inijsse.] Quocirca in honore, & pretio res, & summo ambitu expetita. ab authoritate enim, & exemplo principis res omnes momentum, pondusque habent. Quibus si lex addatur, nihil est quod vltra desideretur. Et sanè id Imperatoria lege firmatum legimus, l. 1. Codic. de Honoratorum vehiculis: Omnes honorati, vehiculis dignitatis suæ, idest carrucis, intra Vrbem sacratissimi nominis semper vtantur.] Adeo vt insigne fuerit honoris primarum dignitatum, Præfecti Prætorij, qui regali dignitate pollebat. Cassiodor. libr. 6. capit. 3. Ipse primùm huius dignitatis infulas consecrauit: ipse Carpentum reuerendus ascendit, ad hoc gloriæ culmen euectus.] Item Vicarij Vrbis. Cassiod. libr. 6. capit. 15. Considera qualia de te præstes, qui tanta autoritate subueheris. Ad similitudinem quippe summorum Carpento veheris: inuicem Consulis in honorem positus, dignitatemque Senatoris acquiris, & illa tibi panduntur atria, quæ summatibus probantur esse collata.] Symmach. libr. 10. epist. 17. Falsò creditum est, quòd Vrbanæ fastigium potestatis peregrini, ac superbi vehiculi vsus attolleret: hæc enim ratio sola nouo statuto benigno tunc persuasit ingenio, vt veterem magistratum diues pompa gestaret.] Consulis etiam Iulian. imp. epist. ad Eustochium. ἧκε τοίνυν μεθέξων τῆς ὑπατείας αὐτός· ἄξει δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος, ὀχήματι χρώμενον ἑνί. Veni igitur, vt Consulis honore fungaris. ducet autem te publicus cursus vno vehiculo.] Honoris ergò, ac præmij dabatur Carpentum, vel carruca. Cum enim Matronæ illę Romanæ aurum, & omnia ornamenta sua in ærarium detulissent, inquit Liu. libr. 5. Grata ea res, vt quæ maximè senatui vnquam fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt Pilento ad sacra, ludosque Carpentis festo profestoque vterentur.] Quòcirca nihil mirum si cum summo expeteretur studio ab omnibus, inuidiam excitaret aliorum. Flau. Vopis. de Aureliano Imper. Ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, &c. & cum in equum transire vellet, quia inuidiosum tunc erat, vehiculis in ciuitate vti; equus est ei Imperatoris applicitus.] Adeo autem honorifica res erat, vt cum summo vellent aliquem honore prosequi, exciperent eum principes in suo ipsorum curru. Claudian. panegyric. Honorat. consul. 6. Tum tibi magnorum mercem fortuna laborum Persoluit Stilicho, curru cum vectus eodem Conspiceres.] Idque sæpius factitabant, quò animos allicerent. arrogantique fastui datum Constantio secus fecisse. Ammian. Marcell. libr. 16. Per omne tempus imperij nec in consessum vehiculi quemquam suscepit, vt facere principes consueuere: qui elatus in altum supercilium, tamquam leges æquissimas obseruauit.] Hinc inuido, & Ecclesiæ Romanæ nimis infesto Ammiano Marcellino, obtrectandi campus apertus, cernens summos Pontifices suo tempore vehiculis insidentes vehi per Vrbem; tantam non ferens Ecclesiæ maiestatem, & dignitatem regiam, & imperialem, indignabundus libr. 27. ait: Neque ego abnuo ostentationem rerum considerans Vrbanarum, huius rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum iurgari debere; cum id adepti, futuri sint ita securi, vt procedant vehiculis insidentes

circum-

circumspecte vestiti, epulas curantes profusas, adeo vt eorum conuiuia regales superent mensas.] Ostentationem appellat debitæ maiestatis, meritique honoris insigne. Voluisset enim summi Pontificis maiestatem minui, vt erat in eum infensus. Non erat ostentatio summos Gentilium Pontifices Carpento, vehiculisque vehi: & erit summo Christianorum Pontifici, qui & dignitate, autoritate, virtute, potestate, illos longè superat? Honoris insigne fuisse summis Sacerdotibus gentilium, pluribus liquet. Cicer. oration. pro domo sua. Te appello Lentule, (is summus erat Pontifex) tui sacerdotij sunt Thensæ, vehicula, præcentio.] Sacerdotij erant, non ostentationis. Thensæ autem, ex Ascon. Ped. in act. 3. in Ver. Sacra vehicula, pompa ordinum, & hostiarum. Tacit. libr. 12. annal. Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, Carpento Capitolium ingredi: qui mos Sacerdotibus, & sacris antiquitus concessus, venerationem augebat fœminæ: quam imperatore genitam, sororem eius qui rerum potitus sit, & coniugem, & matrem fuisse.] Quod antiquitus concessum est sacris Sacerdotibus, incusat, ac maledico carpit dente Ammianus. Quod venerationem auget fœminæ, tot imperialibus titulis ornatæ; extra decorem vult esse summi Pontificis? Liuius lib. 1. de Numa. Fidei solemne instituit; Ad id sacrarium flaminis bigis curru arcuato vehi iussit.] Et paulo ante: Ne sacra regiæ vicis desererentur, flaminem Ioui assiduum Sacerdotem creauit: insignique eum veste, & curuli regia sella adornauit.] Adornatum putat summum flaminem curru Numa, & summum Pontificem non decebit? Immo adeo eum decere quidam existimauerunt, vt in somnis etiam sacerdotij bonum omen fore dixerint. Artemiod. lib. 1. Oneirocr. cap. 58. φημὶ ἀγαθὸν τὸ διὰ πόλεως ἅρμα ἱερεῦσιν· ἀγαθὰς γὰρ ἱερωσύνας αὐτοῖς προαγορεύει. Curru per Vrbem in somnis vehi, bonum esse assero; bona enim sacerdotia ipsis parari significat.] Idque non alia ratione, nisi quia insigne sit summi sacerdotij. Eat ergo alienæ maiestatis inuidus obtrectator: & triumphabundus in honoris collocatus vehiculo feratur per Vrbẽ summus Pontifex veteri more, merito honore. Claudam cum ea, quæ è veterum excerpta monumentis, ait Alexander ab Alexandr. libr. 2. dier. gen. cap. 8. In tantum honoris culmen pontificatus, & eo excellentiæ creuit, vt ipsum regiæ dignitati proximum crederent, & lictor apparebat, & curuli sella, & ac lectica insignis erat. ipsique pro imperio & potestate, quòque plus dignitatis ferret, cum galero esse, & Carpento vt reliquis Sacerdotibus ingredi licebat: & cum in Capitoliũ nulli fas foret Carpento vehi, solis Pontificibus, Sacerdotibusque Tarpeium ascendere Carpento licuit.] Ita, ac longe maiori ratione, licet nostro Pontifici summo per Vrbem vehi, sacram Vaticani ædem pontificia in sede locatũ, magna pompa ingredi. Et huic pompæ caput sponsæ sponsus comparat; vt eius coma capitis sit veluti quoddam regium vehiculum, seu Carpentum. Coma enim mulierum ornata, & vincta Carpenti formam refert. Quandoquidem Carpentum arcuatum est ab anteriori parte, non secus ac mulieris coma: duæ rotæ quibus trahitur, duas repræsentat auriculas: equorum bigæ, oculos. Firmatur authoritate Synesij in Encom. Caluitij, in quo comam currui confert; ait enim: τίμιον δὲ ἁμαξίον ἡ κόμη ἀπήνας, ὥσπερ αἱ ἕλικες ἀλλότριοι. In pretio coma est: vehicula veluti capillamentum, aliena sunt.] Neue durior videatur translatio, libet aliquas enumerare similitudines. Carruca siue, Carpentum vmbraculum est, & veluti operculum eorum, qui in carpento sunt. Et coma pariter vmbraculum, & operculum est capitis. Synes. Encom. de caluitio: ἅπαντες ἅπαντα, τί καὶ λέγουσιν ἀμφοτέροις εἶναι σκιάδιον τὴν κόμην. Comam natiuam quamdam, ac congenitam, quasi vmbellam, esse, perinde omnes vt sentiunt, profitentur.] Tertullian. libr. de cultu fœmin. capit. 7. Quid enim

 tan-

tanta ornandi capitis onerositas? salutem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet, modò substrictis, modò relaxatis: modò suscitatis, modò elisis? Aliæ gestiunt coercere: aliæ vt vagi, & volucres elabantur, non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium, ac textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam, & operculum verticis: nunc in ceruicem retro suggestum.] Suggestum comam appellat, vt carpenti formam exprimat, erat enim & olim iudiciale carpentum, suggesti vice. Vopisc. in Aurel. Vehiculo suo me[illegible], & iudiciali carpento Præfectus Vrbis, vir illustris, accepit.] In Carpentis illud erat omnium studium, illa ambitio, arcuatam partem anteriorem attollere, & quò altior, eò gloriosior æstimabatur. Ammian. Marcell. l. 14. Summum decus in carrucis solito altioribus.] Nec alia fœminarum ambitio, quàm fastigium capitis erigere, & crines arcuatos producendo Carpenti formam exhibere. Iuuenal. Satir. 6. Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Aedificat caput: Andromachen à fronte videbis, Post minor est, aliam credes.] Nazianzu[illegible] Μὴ κεφαλὰς ὑψοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες. Nec caput turris edifices instar, adscito fœmina crine.] Papin. in epitalamio Violan. Cessa procul aspice frontis honores, suggestumque comæ.] Paul. de verbor. signif. Tutulum dicebant flaminicarum capitis ornamentum, vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem extractam.] Adeo autem simillima sunt carpenta, & capillamenta mulierum, vt hæc illorum sint signa, simulachra, & præsagia. Achmet. l. Oneirocr. cap. 10. ἐάν τις ἴδῃ ὅτι αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐμηκύνθησαν, εἰ ἔστι βασιλεὺς πλοῦτον καὶ ἁρμάτων. Si quis videre videatur capillos capitis sui prolixiores, spissioresque factos: Si rex est, opum & curruum incrementum experietur.] Laudat itaque sponsus prolixiores, spissioresque sponsæ capillos, & elatam arcuatamque comam eius. Vel fortasse dixerit, sponsam gestasse in capite vincti regis simulachrum quoddam, quò ostenderet se vincta illa coma regem in sui deuinxisse amorem, ac veluti triumphum de inuicto retulisse regem, eumque veluti currui vinctum gestare; nec id nouum. Nam fœminas simulachra in capite gestasse reperio. Artemido. l. 5. Oneirocr. cap. 39. ἔδοξέ τις δύο θυγατέρας ἔχων παρθένους· τὴν μὲν πρεσβυτέραν ἔχειν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν χρυσῆν Ἀφροδίτην ἐπιδεδεμένην· τὴν δὲ ἑτέραν, ἀμπέλου ἕλικος πεφυκός. τούτων, ἡ μὲν πρεσβυτέρα ἐγήματο. Visus est sibi quis duas filias virgines habens: priorem quidem habere auream Venerem in capite alligatam: alteram verò vitis stipitem indidem enatam. Harum prior nupsit.] vt rex ligatus in transcursibus capillorum, significet sponsam nupsisse sponso regi. Athenienses aureas cicadas crinibus innodabant. Thucyd. l. 1. hist. de Atheniensibus: χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Postquam desiere lineis vti tunicis, & religatis capitis cirris, aureas implicare cicadas.] Nazianz. car. ad Nicobol. Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκον ὕπερ εἶα γαίης γηγενέες. Cecropidæ indigenæ natam tellure cicadam innodant cirris.] Lucian. in Nauig. οἱ πρόγονοι ἡμῶν δὲ ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾶν τοὺς γέροντας, ἀναδουμένους κρωβύλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον. Maioribus nostris decorum videbatur senes coma luxuriare, religantes Crobylum aurea cicada exceptum.] Crobylus autem, cincinni sunt, intortique crines, siue capillorum nodi. Poterat itaque pariter sponsa vinctum regem, sponsum nimirum suum, in capillamento gestare reuinctum, vt amoris triumphum significaret. Vel fortasse etiam, non tam à forma, quàm ab ornatu translatione currus vtitur: vt enim currus regis, auro gemmisque niter ornatus: ita coma capitis sponsæ ornata est, vt regium currum in quo rex ipse sedeat, vel regat, repræsentet. Siquidem gemmis etiam regum vehicula ornabantur. Ammian. Marcellin. l. 16. de Constantio: Insidebat aureo solus ipse carpento fulgenti claritudine lapidum variorum.] Ael. lamprid. in Aeliogab. Habuit gemmata

mata vehicula, & aurata, cõtemptis argentatis, eboratis, & æratis.] Paul. diac. l. 23. hist. Paschalis festiuitatis secunda feria, processit Irene à sanctis Apostolis in curru aureo vecta, qui quatuor albis equis trahebatur.] Cum itaque sponsus assimilauerit sponsam curru Pharaonis, & equæ regij currus, nunc seipsum velut alter equus iunctus cum sponsa, currum, triumphumq. amoris se trahere repræsentat. Ita vt ambo in huius drammatis theatro triumphalem amoris currum trahentes transcurrant. Nisi tandem velimus dicere, hisce verbis sponsum ornatum capitis sponsæ suæ nimis commendasse: quòd sua specie oculos omnium trahat, non secus ac rex vinctus in pompam ductus in aliquo theatro; quem vt regijs insignibus reuinctum, incedentem conspiciat populorum turba, vndiq. confluat & admirabunda intueatur, & spectet. Ita pariter vnusquisque summo studio videre comam sponsæ conatur, & auet. Et hæc in difficillimo omnium versiculo dixisse, vel potius diuinasse satis sit.

℣. 13. Mandragoræ dederunt odorem, &c.

LXXXIX. Pagin. 57. vers. 13 lin. 9. ἀνθρωπομόρφου τὴν ῥίζαν.] Quamuis aliqui, id fabellam perbelle confictam autument, tamen non desunt qui id affirment. Ruillius de stirpibus libr. 3. cap. 11 ... Pythagoram appellasse Mandragoram Anthropomorphon.] idest, hominis imaginem, formamque referens. Columel. libr. 10. de re rustica. Quamuis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores.] Semihominis quia non integrum repræsentat hominem, sed ab vmbilico & deorsum. ibi Beroald. Mandragoram Pythagoras ἀνθρωπόμορφον, tamquam humanam effigiem præferat, vocauit. Nam radix homini simillima est.] R. David Kimchi: הם שרש עשב שיש להם צורת אדם *hem soresc nghasch sceiesc lahem tzurath adam*: Mandragoræ herbæ radices sunt, quæ similitudinem referunt hominis.] Auicen. lib. 2. can. tract. 2. capit. 468. Iabrol quidem est radix Mandragoræ syluestris, & est radix omnis Mandragoræ, magis similis formæ hominis; propter hoc ergo nominatur Mandragora. Mandragora enim est nomen imaginis naturalis, scilicet, sicut planta existens in forma hominis.] Mandragora enim Arabice dicitur يبروح *iabroh*, Quocirca vbi Vulgat. habet in Genesi *Da mihi partem de Mandragoris filij tui*. Hebr. מדודאי *midudahe*. Tharg. Chald. מיברוחי *myiabroche*. Aben Ezra ibid. והם על צורת בן אדם כי יש להם דמות ראש וידים Humanam habent effigiem, eo quòd & capite porriguntur, & manibus videntur extensæ.] Philo carphat. ep. in cap. 7. Cantic. Mandragoræ, radices sub terram agunt, humanæ figuræ similes.] Rupert. Abb. lib. 6. in Cant. Mandragora mala habet suauè olentia, quæ & ἀνθρωπόμορφος appellatur, quod habeat radicem formam hominis simulantem.] Gen. 30. 14.

AD CAPVT OCTAVVM.

℣. 2. Apprehendam te, &c.

XC. Pagin. 58. vers. 2. ποτιῶ σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ.] S. Ambros. in obitu Valentin. Assumam te, & inducam in domum matris meæ, & in secretum eius quæ concepit me. potum tibi dabo à vino operosi vnguenti, hoc est multi operis, multi odoris.] Vtebantur .n. olim in delicijs condito vino. Iul. Capitol. de Gordiano iuniore. Fuit vini cupidior, semper tamen vndecumque conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absynthio, ceterisque rebus, quibus gula maximè delectaretur.] Condito etiam vnguentis: Theophrast. lib. de odoribus οἱ τὰ μύρα σκευάζοντες, ἢ τῷ οἴνῳ ἐπιχέοντες ὑγρὸν ὑγρῷ. Qui vnguenta miscent, aut vino infundunt, humida humidis iungunt.] & paulo post τὰ δ' ὥσπερ ἡδύνειν βουλόμενοι τὴν γεῦσιν. οἷον οἱ τὰ μύρα τοῖς οἴνοις ἐπιχέοντες, ἢ τὰ ἀρώματα ἐμβάλλοντες. αἱ γὰρ αἰσθήσεις, σύν-

νεγυς ἔσαι, ποιοῦσί τινα ἀπόλαυσιν ἀλλήλων· ὅθεν καὶ αὐτοῖς γεύσεις ζητοῦσι τὰς εὐοσμίας. Nonnulla gustus causa miscentur, velut condimenta quædam, vt qui vino vnguentum infundunt, aut aromata inijciunt. Nam horum sensuum vicinitas mutuo quodam vsu fruitur. Idcirco lautitijs odoris condensationem quærunt.] Idque etiam Aristoteles firmat libr. de sensu, & sensili cap. 5. ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην ἔσκωπτε σκώπτων Στράτις, ὅταν φακὴ ἕψηται, μὴ ἐπιχεῖν μύρον· οἱ δὲ νῦν μιγνύντες εἰς τὰ πόματα τὰς τοιαύτας δυνάμεις. βιάζονται τῇ συνηθείᾳ τὴν ἡδονήν. ἕως ἂν ἐκ δύο αἰσθήσεων γένηται τὸ ἡδὺ, ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς. Verum enim est quòd Stratis Euripidem taxans, ait: Cum lenticula coquitur, ne infundas vnguentum. qui verò nũc talia miscent in potionibus vnguẽta, id voluptatis vi, ex longo vsu acti agunt, quoad ex duobus sensibus suauè fiat, vt vnum, & ab vno.] Quò non non modò gustus, verùm etiam odoratus pariter pascatur, & oblectetur. Plutarc. in conuiuio septem sap. μικρὸν ἀλάβαστρον ἔτι μύρου πολυτελοῦς Θρασυβούλῳ κομισθέντος, εἰς ψυκτῆρα κεράσας μέγαν, καὶ προσεγχέας ἄκρατον, ἐξέπιεν. Adolescens etiam num vnguentum, quod allatum Thrasybulo erat exquisitum, in cupa ingenti cum aqua mixtum affuso mero ebibit.] Hos autem voluptuarios homines meritò irridet Platonicus ille Philosophus apud Lucian. in Nigrin. vtpote rerum naturas inuertentes. τοὺς τὸ πολυτελὲς ὄψον ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρόκων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας· τούτους ἐπὶ τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας· ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μὴ δὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις· σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν. Hos qui preciosa, & cara obsonia emere solent, vinumque in conuiuijs, cum plausu, & odoribus fundunt. Hos illos esse, qui & vnguenta bibunt. Quo nomine eos vel maxime carpebat, quòd ne vti quidem voluptatibus scirent. Solœcismum igitur vocabat hoc genus voluptatis.] Quòd quæ odoratus erant, gustui tradebant. Vina autem vnguentis condita preclarissima erant, & summo in pretio. Plin. libr. 14. histor. nat. cap. 13. Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur: quamquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromaticis delectatos maximè credunt.] Plauti verba sunt act. 1. 3. Commisce mulsam, struthea coluthea appara. Bene & in strutheis concaleat, & calamum inijce.] Et fortasse hæc vina myrrhæ odore condita erant, quę idcirco Murrhina dicebantur. Nam sequitur, ac subdit Plinius: Sed Fabius Dorsenus his versibus decernit: Mittebam vinum pulchrum Murrhinam. & in Acharistione: Panem, & polentam, & vinum Murrhinum. Sceuolam quoq. & Lelium, & Atticum Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit: Quod si opus est vt dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. rogas? Murrhinam, passum, defrutum, mella. Quibus apparet non inter vina modo Murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.] Quorsum enim hæc Plinius cum de vino myrrhæ odore condito, si Murrhinam vinum illud non æstimasset fore? Accedit, olim vnguenta appellata μύῤῥα, vnde fortasse μύῤῥινον Murrhinum. Athen. lib. 15. deipnosoph. μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι· ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο. Aeoles enim vnguenta & μύῤῥα vocant, & σμύρνα, quia multa cõficiuntur è Myrrha.] Nec ob id amara erat potio. Plin. lib. 13. cap. 1. Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte dumtaxat: alioquin nimiam amaritudinem affert.] Est autem stacte, liquor è myrrha pingui, ac recenti stillans. Nec officit Murrhinum non Myrrhinum appellatum: tum quia multi codices Myrrhinum legunt; tum etiam quia υ sæpius per u latinum effertur. Græci n. dicunt κύπρεον, κυπάρισσον, Παῦλος, Ῥώμυλος, Τύλλος, Σύλλας. Latini verò: Cuprum, Cupressum, Paulum, Romulum, Tullum, Sullam. Odorem autem significare constat ex Plauto in Pænul. act. 5. 4. Arabius, Murrhinusque omnis odor complebat.] idque

vinum

vinũ eſse colligitur ex Martial. lib. 14. epig. 103. Murrhina ſi calidum potas, ardenti myrrha falerno, Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.] Colum. lib. 12. cap. 20. Odores autem vino ferè apti ſunt, qui cum defruto coquuntur, Iris, foenum græcum, ſchœnum.] Ac paulò poſt. Ad prædictum autem modum muſti adijci debent ij odores, Nardi folium, Iris illyrica, crocum, palma, cyperum, Schoenum, &c. Item myrrhæ quincunx, calami pondo libram.] Adeo autem vino vnguenta congruunt; vt nedum vinum iucundius reddatur; verùm etiam ipſum vnguentum vino admixtum odoratius, ac ſuauius efficiatur. Theophraſtus lib. de odoribus. τῶν δὲ μύρων τὸ αἰγύπτιον, καὶ ἡ στακτή, καὶ εἴ τι ἄλλο πολύοσμον, καὶ μιγνύμενα τῷ οἴνῳ τῷ εὐώδει, ἡδίω. Ex vnguentis Aegyptium, & ſtacte, & ſi quod aliud odoris eſt plurimi, cum vino mixta fragante, ſuauiora, & gratioſiora redduntur.] Ac paulò poſt ἔοικε δ' οὖν χρήσιμον εἶ(ναι) ὁ οἶνος πρὸς τὰς εὐοσμίας. ἄγει καὶ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται. Vinum videtur ad odoris conferre bonitatem, cum præſertim eo quoque vnguentarij vtantur.] Quæ res voluptatis erat, Senec. lib. de vita beata capit. 7. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, pulueruIentam, coloratam, calloſas habentem manus: Voluptatem, latitantem ſæpius, ac tenebras captantem, circa balnea, & ſudatoria, ac loca ædium metuentia, mollem, eneruem, mero, atque vnguento madentem, pallidam, fucatam, & medicamentis pollinctam.]

V. 5. Quæ eſt iſta, &c.

XCI. Pag. 59. verſ. 5. λελευκανθισμένη.] Biblia regia ἀπὸ ἐρήμου. De deſerto, vt & Vulgata latin. Heb. מן־המדבר *min hammidbar*. LXX. autem ſæpiſsimè מדבר *midbar* reddiderunt ἔρημον. Exod. *Cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti*. Hebr. Exod. 3.1.
המדבר *hammidbar*. LXX. εἰς ἔρημον. duxit oues in deſertum. Et alibi: *Ponam terminos tuos à deſerto vſque ad fluuium*. Hebr. ממדבר *mimmidbar*. Exod. 23.31.
LXX. ἀπὸ τῆς ἐρήμου. A deſerto. Numer. *A deſerto ſin*. Hebr. ממדבר *mimmidbar*. LXX. ἀπὸ τῆς ἐρήμου. A deſerto. Numer. 13.22.
Immo & in hoc eodem libro, vbi eadem hæc ipſa verba iterantur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum*. Heb. מן־המדבר *min hammidbar*. Cant. 5.6.
LXX. ἀπὸ τῆς ἐρήμου. E deſerto. Hic verò dumtaxat vocem hanc interpretantur λελευκανθισμένη, vt habent LXX. Vat. & A. ac B. Theodoret. Tres patres. S. Hieron. ep. ad Euſtochium. S. Aug. lib. de graria, & lib. arbitr. cap. 6. S. Amb. etiam lib. de Iſaac cap. 8. & in Pſalm. 118. ſerm. 14. legit: Quę eſt hęc, quæ aſcendit candida, innitens ſuper fratrem ſuum!] In Pſalm. 41. Quæ eſt quæ aſcendit dealbata.] S. Hier. in cap. 29. Eſai. Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, innitens ſuper fratruelem ſuum.] Adeo vt non detur ambigendi locus hoc pacto legiſſe LXX. At quomodo hic tantùm λελευκανθισμένη interpretati ſunt hebræam vocem hammidbar? Illud vnum mihi ſuppetit reſponſum. Nimirum fortaſse LXX. hic voluiſse potius deſcribere, & explicare deſertum. Nam cum nomen deſerti latiſsimè pateat in ſacris litteris, eaque innumera pene ſint: ne errandi daretur occaſio, voluerunt explicare quodnam deſertum illud foret, à quo ſponſa aſcendebat; & ideo המדבר interpretati ſunt λελευκανθισμένην, vt ſignificarent τὴν ἔρημον λελευκανθισμένην. Candidam nimirum, ac dealbatam eſse ſponſam, vtpote à candido, dealbatoque deſerto aſcendens. Hoc autem, deſertum aliquod vtique erat in Libano, vel prope Libanum. Ibi enim eſse deſertum pluribus liquet. Nam S. Hieronym. in locis hebr. deſcribens Aulonem, ait: Aulon non græcum, vt quidam putant vocabulum eſt: appellatur autem vallis grandis, atque campeſtris in immenſam longitudinem ſe extendens; quæ circundatur ex vtraque parte montibus, ſibi inuicem ſuccedentibus, & coherentibus, qui inci-

incipientes à Libano, & vltra, vſque ad deſertum Pharan perueniunt.] At ex Polybio Aulon intra Libanum, & Antilibanum clauditur, ait enim: lib. 5. διελθὼν τὴν ἔρημον ἐνέλαβεν εἰς τὸν Αὐλῶνα τὴν προσαγορευόμενον Μαρσύαν· ὃς κεῖται μὲν μεταξὺ τῆς κατὰ τὸν λίβανον, καὶ τὸν ἀντιλίβανον παρωρείας· συνάγεται δὲ εἰς στενὸν ὑπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν. Deſertum emenſus venit ad Aulonem locum, qui appellatur Marſya. Aulon autem inter Libani, & Antilibani radices conſtituitur, & in anguſtum ſpacium ab iiſdem iam dictis montibus, cogitur.] item S. Hieronym. lib. de loc. hebr. deſcribens montem Galaad, qui vt iam à nobis probatum eſt, affinis eſt, & idem ferè cum Libano monte, ait: Galaad mons eſt ad tergum Phoenices, & Arabiæ, collibus Libani copulatus: extenditurque per deſertum.] Pertinet itaq. Libani mons ad deſertum. Quocirca iurè LXX. interpretati ſunt λελευκανθισμένη: quia aſcendebat ſponſa è deſerto Libani. Nam ex hoc vtiq. monte eam venire iam ſponſus ſummis illis petierat precibus. *Veni de Libano ſponſa mea, veni coronaberis*. Nunc autem venientem, è Libano ceteri admirantur. Libanus enim candorem ſignificat. S. Hieronym. libr. 8. in capit. 27. Ezech. Libanus interpretatur candor, ſiue dealbatio.] Nam Libanus mons hebraicè לבנן *Leuanon* dicitur, & LXX. eam vocem λευκαντίζοντα interpretantur. Leuitic. *Vir in cuius cute candor*. Hebr. לבנן *Leuanon*. LXX. λευκαντίζοντα. Firmatur autem hæc noſtra expoſitio autoritate maximè S. Hier. libr. 9. in Eſai. capit. 29. dicentis: Audiant Libanum, qui interpretatur dealbatio, referri ad populum gentium, qui lotus in Domino, & purgatis ſordibus priſtinis, totus mundus aſcendens, ſub Eccleſiæ perſona innititur Saluatori. Et de eo in Cantico canticorum dicitur. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, innitens ſuper fratruelem ſuum.] vt idem ſit, Aſcendit dealbata, ac à Libano, ſeu Libani deſerto. Atque pariter vna, eademque

Cantic. 4. 8.

Leuitic. 13. 28.

Cantic. 8. 5.

ferè ſententia ſit Cant. 3. 6. *Quæ aſcendit de deſerto*. & Cantic. 8. 5. *Quæ aſcendit dealbata*. Quia nimirum è deſerto Libani, hoc eſt candoris aſcendebat. Verùm λελευκανθισμένη, non vtcumque candidam ſignificat, ſed inſtar floris candidam. ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, καὶ ἄνθεος: vt εὐανθής Pulchrè florens. ita λευκανθισμένος albi floris more candidus. Theophraſt. lib. 1. hiſtor plant. cap. 22. τῶν ἀνθῶν τὰ μὲν τῶν δένδρων· τάγε πολλὰ μονόχροα, καὶ λευκανθῆ. Flores quidem arborum, plures ſanè vnius coloris, ijdemque candidi ſunt.] Et in Leuitico: *Vir, ſiue mulier, in cuius cute candor apparuerit: intuebitur eos ſacerdos: ſi deprehenderit ſuboſcurum alborem lucere in cute, ſciat non eſſe lepram, ſed maculam coloris candidi*. LXX. καὶ ἀνδρὶ, ἢ γυναικὶ ᾧ ἐὰν γένηται ἐν δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκαντίζοντα, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἰδοὺ ἐν δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκανθίζοντα, ἀλφὸς ἐστὶν· ἐξανθεῖ ἐν τῷ δέρματι. Et viro, vel mulieri ſi facti fuerint in cute carnis eius ſplendôres ſplendentes, candicantes inſtar florum: & videbit Sacerdos, & ecce in cute carnis eius ſplendores ſplendentes candido colore effloreſcentes, impetigo eſt: effloreſcit in cute carnis eius.] λευκαντίζοντα. Hebr. לבנן Libanum. Idque ſignificaſse hoc verbo LXX. innuit S. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſermon. 14. Quæ eſt hæc quæ aſcendit candida, innitens ſuper fratrem ſuum? Ea, inquam, anima meritis aſcendit albentibus, ex iſto vitæ huius (vt habent plerique) deſerto, ad illum florentem ſemper locum iucunditatis æternæ.] Et de obitu Valentin. in fin. Quæ eſt hæc, quæ aſcendit candida. Credamus quia aſcendit à deſerto, hoc eſt, ex hoc arido, & inculto loco ad illas florulentas delectationes.] Anima itaque, quæ è deſerto mundi aſcendens, candida inſtar floris aſcendit, à Deo ſuſcipitur, dat ei brachium, quo eam in coelum recipiat. Idque non paruam ingerit admirationem, vt è mundi deſerto flos candidus

Cantic. 3. 6.

Cantic. 8. 5.

Leuitic. 13. 38.

Cantic. 8. 5.

didus ascendat, vitæ candor floreat, animæ puritas seruetur. Ardua, difficillimaque sanè res. Sed quid mirum, si ascendat candida instar floris sponsa, quæ sponso innititur, qui *candidus* est, & *candor lucis æternæ*, & *flos campi*: ex nexu sponsi candorem traxit. Scala illa, quæ se Iacob ostendit, pertingebat ad coelũ, è terra ad coelum gradum parabat, sed, quia innitebatur Deo: *Et Dominus innixus scalæ*. Cum quis Deo innititur facillimè è terra in cœlum ascendit, scalam sibi parat, & efficit, quò cum angelis ascendat in coelum. Ascendit anima, quæ Deo innititur, quia numquam deficit, sed semper proficit, ad vlteriora ascendens se extendit. Origen. ex interpretatione S. Hieronym. homil. 1. ex duabus in Cant. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Non ait vt in plerisque codicibus legitur, Innixa super fratruelem suum, idest ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς: sed ἐπιστηθιζομένη, idest, super pectus eius recumbens.] Quocirca meritò S. Ioannes Euangelista, qui supra pectus Domini in coena recubuit, candidus virginitate, ascendit in altum, & coelorum penetrauit adyta: dicens, *In principio erat Verbum*.

Cantic. 5.10. Sap. 7. 16. Gen. 28. 12. Io. 1. 1.

℣. 6. Pinnæ eius, &c.

XCII. Pagin. 64. vers. 6. περίπτερα.] Vox ista non modo pinnas, sed pinnas, quæ in orbem vndequaque ornent, significat. S. Cyrill. Alexan. in cap. 3. Amos: περίπτερον, τὸν οἱονεὶ πανταχόθεν πτεροῖς περιεζωσμένον. Peripteron, velut vndiq. pinnis cinctum.] Suid. & Hesyc. περίπτερον, πανταχόθεν ἐξέχον. Peripteron significat id, quod vndique eminet.] Et Vitru. lib. 3. cap. 1. περίπτερον, locum vocat, quem vnus columnarum ordo circumuallat, & cingit. Mag. Etymolog. Γεῖσα, τὸ καλούμενον νῦν περίπτερον, Geisa, est id, quod nunc peripteron appellatur.] Hesychius verò explicat Γεῖσον, στεφάνωμα οἴκου. Coronamentum domus, quod instar coronæ cingit, & ornat domum. Ammian. Marcell. libr. 17. clausa vrbe inter propugnacula videbatur, & pinnas.] Laudat itaque sponsus suam sponsam à pinnis, quæ eam in orbem cingunt, & ornant, atque coronant. Et sponsam describit, non secus ac exteri Amorem, quem pinnis, flammisque ornatum effingunt. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 233. τὸν ἔρωτα οἱ ζωγράφοι σὺν λαμπάσι, καὶ πτέρυξι γράφουσιν. Amorem pictores cum lampadibus, & pennis depingunt.] Orpheus hym. ἔρωτος θυμίαμα. Κικλήσκω μέγαν, ἁγνὸν, ἐράσμιον, ἡδὺν ἔρωτα, τοξαλκῆ πτερόεντα πυρίδρομον. Magnum voco, castum, amabilem, iucundumque Amorem, iaculo potentem, pennatum igne currentem.] Pennatum autem effinxerunt, non quod leuis, & inconstans foret, sed quia vt ait Plato in Phædro. πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. Ea est naturalis alarum, pinnarumque vis, vt graue in sublime attollat, & erigat, vbi Deorum inhabitat genus.] *Corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*. Amor autem Dei erigit animum, vt cum Paulo dicat: *Nostra conuersatio in cælis est*. & *Quæ sursum sunt, quærat, quæ sursum sunt sapiat, vbi Christus est*. Meritò autem Virgini pinnæ tribuuntur, quæ *Assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio*. Pinnas habet amor, vt ibidem Plato ait: ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν δὲ κάτω ἀμελῶν. Quò tamquàm ales superna prospiciat, inferna despiciat.] Et ideo non quascumque pinnas tribuit sponsæ, sed pinnas igneas, flammeas; quia flamma semper in altum fertur, seseque è terra erigit, æthera petit. S. Ambros. lib. de Isaac cap. 8. Alæ eius, alæ ignis. Sumamus igitur has alas, quæ sicut flamma ad superiora dirigunt. Exuat vnusquisque animam suam inuolucris sordidioribus.] Præclarè autem pinnas sponsæ flammis comparat, quia flamma

Sap. 9. 15. Philip. 3. 20. Coloss. 3. 2.

ma in altum elata formam pinnæ refert. Pinnas habet ſponſa, quæ Dei amore tenetur, quia cogitatione, & diſcurſu iugiter in Deum fertur. Plutarc. in qq. Platonicis, exponens dictum Platonis in Phedro nuper relatum, ait: ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δυνάμεων πλειόνων οὐσῶν, ἡ διαλογιστικὴ, καὶ διανοητικὴ μάλιστα τοῦ θείου κεκοινώνηκεν, ἣν τῶν θείων οὐρανίων ἔφησεν, ἣν οὐκ ἀπὸ τρόπου πτερὸν προσηγόρευσεν, ὡς τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ταπεινῶν καὶ θνητῶν ἀναφέρουσαν. Quia inter animi virtutes, quæ numero corporeas ſuperant, ratiocinandi, & cogitandi vim diuinitatis potiſsimum habet conſortium: quam ex diuinis dicit eſse, & ex coeleſtibus, appellauitque eam vim non abſurdè pinnam; quod animum à rebus humilibus, & caducis erigat.] Ioann. Tzetzæ chiliad. 5. capit. 11. Amorem tradit efformatum à pictoribus, πτερωτὸν κατέχοντα δελφῖνα τε καὶ πόαν· Κρατεῖν τοῦτον σημαίνοντες, ἀέρος, γῆς, θαλάσσης. Alitem delphinum detinentem & herbam: dominari hunc iudicantes, aeri, terræ, mari.] Quæ & Virgini congruunt, cum de ea per appropiationem canat Eccleſia, id quod de ſapientia amante præcinuit Salomon:

Prou. 8. *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. quando præparabat coelos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.* In coelis, abyſsis, ætheri, mari, ac terræ aderat, vt domina. Et verè Deus omnia homini, qui

Pſ.8.8. eum amaret, ſubiecit: *Omnia*, inquit Dauid, *ſubiecisti ſub pedibus eius oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi: volucres coeli, & piſces maris*. Sed præclarius omnium Dionyſius Areopagita libr. de coeleſt. hier. capit. 5. τὸ γὰρ πτερὸν ἐμφαίνει τὴν ἀναγωγικὴν ὀξύτητα, καὶ τὸ οὐράνιον, καὶ πρὸς τὸ ἄναντες ὁδοποιητικὸν, καὶ τὸ παντὸς χαμαιζήλου διὰ τὸ ἀνωφερὲς ἐξῃρημένον. ἡ δὲ τῶν πτερῶν ἐλαφρία· κατὰ μηδὲν προσγείων, ἀλλ' ὅλον ἀμιγῶς καὶ ἀβαρῶς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀναγόμενον. Penna enim ſignificat, quod ſurſum celerrimè ducat, & ad coeleſtia, & ad inacceſsa paret iter: & quod ab omni terrenarum cupiditate, & ſtudio, eo quod ad celſiora ferat, abhorreat. Pennarum autem leuitas, indicat quod ab omni terreni ſarcina liber, totus, & ſine vlla admixtione, vel grauitate ad celſa feratur.] Addam ipſe, Pennatum eſse amorem, quia ex S. Dionyſ. lib. de diuin. nomin. cap. 4. ἔστι καὶ ἐκστατικὸς ὁ θεῖος ἔρως. Diuinus amor eſtaſim facit.] Extra ſe amantem in amatum rapit: & ideo pennis opus habet, quò vbique amatum ſequatur: & ſi in coelum opus ſit ſe transferre; illic etiam volare poſsit, volare vtique amoris affectu. De quo S. Auguſtin. Eo feror, quocunque feror.] Vt autem velocitatem, qua in amatam rem fertur animus, ſignificarent, pennas effinxerunt: pennæ enim velocitatem ſignificant, Euripid. in Peliaſi apud Stob. ſer. 72. θᾶσσον μὲν οἰστοῦ, καὶ πτεροῦ χωρίζεται. Telo ſanè, & penna citius abſcedit.] Amor autem ex Theophraſto, ταχεῖαν ἔχουσα τὴν πρόσοδον. Velocem habet ingreſſum.] Licèt Alexis ἐν Ἀποκωπτομένῳ apud Athen. libr. 13. Deipnoſ. contra aſserat, ait enim: λέγεται γὰρ λόγος τις τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν τὸν ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. Fertur apud ſophiſtas non volare Deum Amorem, ſed illos, qui amant.] Vt pennas habeat non quia ipſe auolet, ſed quia alios auolare faciat, quod & ſponſę ſatis conuenit, cui ſponſus exer- Cantic. 6.4.
ta voce ait, *Auerte oculos tuos, quia ipſi me auolare fecerunt*. Vt oculi alas, pennaſque cordi ingerant, quibus cor in amati animum ſe inſerat. S. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 19. Per has pinnas celſitudinem amoris ſponſæ ſignificari tradit, ait enim: Alæ charitatis, alæ ignis, quibus dilectionis inflammat ardorem. Hoc vapore feruentes fecit dominns Angelos

Ps. 103. los suos spiritus, & ministros suos ignẽ vrentem, sed non exurentem. Legimus & alam templi, supra quam diabolus, tentans fecit ascendere Saluatorem, quæ erat in templi culmine. Sunt ergo fastigia pietatis, sunt culmina charitatis, quæ vaporem gratiæ pectoribus humanis adolere consueuerunt, vt multa aqua extinguere atque excludere non queat charitatem, & flumina eam secularium tempestatum nulla concludant.] Alam templi, appellat templi culmen, à vulgato interpetre, *Pinnaculum templi* appellatum.
Matt. 4. De hisce pennis, & alis igneis S. Amb. l. de Isaac cap. 8. Bonæ alæ charitatis, veræ alæ quæ volitabant per ora Apostolorum, & alæ ignis quæ purgatum
Gen. 5. sermonem loquebantur. His alis euolauit Enoch raptus ad cælum, His alis
4. Reg. 2 euolauit Elias curru igneo, & equis igneis ad superna translatus. Has alas
Esa. 6. habuit seraphim quando sumpsit carbones ignis de altari, & tetigit os prophetæ, & iniquitates eius abstulit, & peccata purgauit.] Merito itaque colligit Matthęus Virginem Mariam supra seraphim esse, quia seraphim tantum sex alas habebant pennis ornatas, at sponsa Christi, pennis vndique coronatur, nihil in ea reperire est, quod pinnis igneis non sit refertum, tota flammis æstuabat amoris, ideo exaltatur super choros Angelorum, omnes angelos vincit amore & gloria. Pinnæ in orbem sponsæ, flammæ nimirum amoris Dei, formidandam eam reddunt inimicis. Extendebant enim olim funiculos quosdam, in quibus variarum auium pinnæ intexebantur. Hi feris terrori erant, easque abigebant. Oppian. l. IV. Halieut. Μηρίνθῳ στέψαντες ἅπαν δρυὸς ἀμφὶ δὲ κούφων Ὀρνίθων θοὰ πτερά. Funiculo cingunt siluam omnem, circaque nectunt Alituum leuium pinnas.] Rem totam explicat M. Aurel. Olyme. Nemes. in suo Cynegetico. Addiscant raris semper contexere nodis. Et seruare modum maculis, linoque tenaci. Linea quæ etiam magnos circundare saltus. Quæ posit volucresque metu concludere predas, Digerat innexas non vna ex alite pinnas. Namque vrsos, magnosq. sues, ceruosque fugaces, Et vulpes, acresq. lupos, ceu fulgura cœli Terrificant, linique vetant transcendere septum. Has igitur vario semper fucare veneno cura tibi, Niueisque alios miscere colores, alternosque metus, subtegmina tempore longo, dat tibi pinnarum terrenia milia vultur.] Agebantur autem hęc pręsertim ad arcendos ceruos, vt ad harum linearum aspectum exterriti fugerent. Auson. ep. 5. An cum fratre vagos ducta per auia ceruos Circũdas maculis, & multa indagine pinnę?] Id totũ ab effectu ipso, formido vocabatur quòd feris formidinem incuteret. Senec. l. 2. de ira cap. 12. Cum maximos ferarum greges, linea pennis distincta contineat, & in insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.] Merito itaque pinnę in orbem sponsę erant, quia & ipsa iam Formido appellata est: *Quæ est ista quæ progreditur, terribilis*, LXX. θάμβος. Pauor, Formido *vt castrorum acies ordinata?* ita autem ornatur pinnis sponsa, quò ceruum, sponsum nimirum, fugere faciat, subdit enim: *Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum.* Nisi velimus dicere sponsam, nimirum Virginem Mariam pinnis vndique cinctam, quò feras arceat, abigat: quia cunctas hęreses sola interemit, & solo sui aspectu fugat tentationes cunctas. Cant. 6. 9. Cant. 8. 14.

℣. 9. Si murus est, &c.

XCIII. Pag. 61. v. 9. *Quid faciemus sorori nostræ in die qua erit sermo ad eam.* Hęc explicat Matthęus de tempore annuntiationis sacrę Virginis: vt tunc temporis dictum sit: *Si murus est ædificabimus propugnacula.* At quorsum tunc cum nuptię celebrarentur, & sponsa sponsum acceperat, ędificanda erant propugnacula, muris vallanda domus? non vtique abs re. Tunc enim vel maxime propugnaculis indiget sponsa. Tacitus de moribus Germanorum: Dotem non vxor marito, sed

vxori maritus offert. Munera non ad delitias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comatur, sed frenatum equum, & scutum cum framea, gladioque, in hæc munera accipitur.] Scutum, frameam & gladium consequitur, quò se defendat, & muniat ab ijs qui pudicitiam expugnare conantur, qui tunc primùm expugnare incipiunt cum noua nupta pulchre ornata sui spectaculum præbet in solemni illa nuptiarum pompa. quocirca colligit Tacitus: Ergo septa pudicitia agunt.] Septa, vndique munita sponsa opus est vt sit, cum nuptias agit. Idcirco Euripides in Andromache, vbi pericula innumera enarrasset subdit — πρὸς τὰ δ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι, καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας. Aduersus hæc itaque, benè munite ædium fores seris & pessulis.] Et S. Ioan. Chrys. lib. 3. de sacerdot. χρὴ τὴν παρθένον πανταχόθεν τειχίζεσθαι. Oportet Virginem vndequaque tamquam muro circumseptā esse.] quia difficillime seruatur. Alex. apud Stob. serm. 71. οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος, οὔτε χρήματα, οὐδ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν, ὡς γυνή. Non est vel murus, vel pecuniæ, vel aliud quicquam custoditu tàm difficile, quàm mulier.] & cum ornata procedit, nisi rex fuerit aut præpotens princeps vir eius, quem maxime timeant, virtutū osores: quiq. iniurias propellere & vindicari possit, il lam minime seruabit. Simonides apud Stob. serm. 71. καλὸν σὺν θέαμα τοιαύτη γυνὴ ἄλλοισι. τῷ δὲ ἔχοντι γίνεται κακὸν, ἢν μή τις ἢ τύραννος, ἢ σκηπτοῦχος ᾖ. Talis sanè mulier pulchrum est spectaculum alijs, habenti verò damnosa, nisi rex quispiam fuerit, aut sceptra tenens.] Nam dicebat Antisthen. apud Diogen. l. 6. qui καλὴν formosam ducebat vxorem, κοινὴν communem habiturus erat. Nec murus satis erit, vt clausa degat sponsa, sed etiam propugnaculis opus est, quibus puritatis hostes propellat, arceat, quia etiam clausis bellū intentatur. Hisce exteris munimentis sacrata Virgo non indigebat, quę Christum pro munimine habebat: quocirca respondet: *Ego murus & vbera mea turres: ex quo facta sum* (Cant. 8. 10.) *coram eo quasi pacem reperiens*. Pacem reperi, in pace dego, quia coram sponso meo Christo sum, ipse mihi murus, ipse propugnaculum meum. *Vrbs fortitudinis nostra Sion, Saluator ponetur in ea murus & antemurale, vetus error abijt, seruabis pacem*. (Esai. 26) S. Ambr. lib. 6. exaim. cap. 8. Iusti anima dicit, ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. Munita per Christum, obsessa per diabolum; sed non debet obsidionem vereri cui Christus adiutor. Munitur enim gratia spiritali, & secularibus periculis obsidetur: vnde & in Canticis habes dictum: Ego murus & vbera mea turres.] (Cant. 8. 10.) Cum coram sponso suo anima est, nihil est quod timeat, in pace in idipsum dormit, & requiescit. Antigonus secundus pugnaturus aduersus Ptolemæum cum plures naues aduersarij numerassent, respondit dux, vt refert Plut. l. apophtheg. reg. ἐμὲ δὲ αὐτὸν παρόντα πρὸς πόσας ἀντιτάττεις. Me vero ipsum præsentem, pro quot supputas nauibus?] Mirum est quem addat animum, quas indat vires regis præsentia: meritò Dauid: *Non timebo mala quoniam tu mecum es. Si consistāt aduersum me castra non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium in hoc ego sperabo*. (Ps. 26.) In anima muniebatur Virgo, interna struebat mœnia quæ dirui nequeunt, virtutū propugnacula parabat auctore Christo. Antist. apud Diogen. lib. 6. dicebat: ἀναφαίρετον ὅπλον ἀρετή. τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς. Virtutem arma esse quæ tolli nequeunt. Mœnia struenda in nostris animis, quæ expugnari nequeant.] Cum anima ipsa Dei gratia, & virtutum munimine construxit murum, nullius pauet occursum. S. Ambr. lib. de bono mort. cap. 5. habet anima muros suos, de quibus eminet, & de quibus ait: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. (Esai. 27. 10.) His munitur muris, his obsessa defenditur, & verè murus anima quæ prætenditur in castris. Vnde & ipsa ait in Canticis; Ego murus, & vbera mea vt turris. (Cant. 8. 10.) Bonus murus quem pinxit Dominus, sicut ipse ait: In manibus meis pinxi muros (Esai. 49 16.)

tuos

tuos, & in conspectu meo es semper. Bona anima quæ habet speculatorem Deum, & in manibus eius est, sicut anima prophetica, quæ in manus Domini commendatur vt spiritus, & quæ in conspectu Dei est. Oculi enim Domini super iustos, sicut & ipsa ait: Ego eram in oculis eius tamquam inueniẽs pacem.] Quidni pacem non reperiat, quę igneo circũdatur muro? *Ego ero ei ait Dominus, murus ignis*. murus ignis qui hostium machinas vrat omnes & perdat: murus ignis, qui suo calore ardorem amoris Dei iugiter in anima nutriat, & feruet. *Murus* quò seruet suos: *ignis* quò perdat hostes.

Psal. 33. 16. *Cant.* 8. 10. *Zach.* 2. 5.

℣. 13. Qui habitas in hortis, &c.

XCIV. Pag. 63. lin. 10. Κήπους τὰ διανοήματα τῶν ψυχῶν.] Cui expositioni fauet S. Amb. à quo pleràque hausisse mihi videtur: ait enim l. de bono mort cap. 5. Hæc anima habens gratiam suorum vberum, ingreditur in hortos, & inueniens illinc sponsum sedentem, & disputantem cum amicis, ait: Qui sedes in hortis, vocem tuam insinua mihi, inquit, non amicis. Hinc hortum illum sibi Plato composuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit. Iouem enim, & Deum, & mentem totius dixit, in hunc hortum introiisse animam, quam Peniam nuncupat, vt se abundantia & diuitijs [illegible]rti repleret, in quo repletus potu iaceret Porus, qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum composuit, eo quòd anima Deo adhærens in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, floresque sermonum.] Id autem Plato ait in Symposio, quem pleràque ex sacris litteris mutuasse, multi tradunt patres: S. Amb. lib. de Noe cap. 8. Multo gratius scriptura expressit, quàm Socrates in libro Platonis dixisse, legitur. Nam istud in Moysi scriptis, siue ipse Socrates, siue Plato qui in Aegypto fuit, potuerit legere, vel ab alijs percipere qui legerant, decoro motus inuento.] Et in Ps. 118. serm. 18. Discite vnde Plato hæc sumpserit, eruditionis gratia in Aegyptum profectus, vt Moysi gesta, legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret: audiuit consolationem populi, qui supra peccati modum videbatur fuisse punitus: & hunc locum quadam adopertum dote verborum, in Dialogum transtulit, quem scripsit de virtute.] nimirum in Menone. Clem. Alexandr. lib. 1. stromat. cap. 14. Πλάτων δὲ ὁ φιλόσοφος, ἐκ τῆς Μωυσέως τὰ περὶ τὴν νομοθεσίαν ὠφεληθεὶς, ἐπετίμησε μὲν τῇ Μίνωος καὶ Λυκούργου πολιτείᾳ, πρὸς ἀνδρείαν μόνην ἀποβλεπομέναις. ἐπῄνεσε δὲ ὡς σεμνοτέραν, τὴν ἕν τι λέγουσαν, καὶ πρὸς δόγμα ἓν νεύουσαν ἀεί. Plato autem philosophus in ferendis legibus à Moyse adiutus, reprehendit quidem Minois & Lycurgi reip. administrandæ rationẽ, vt quę ad solam animi magnitudinem respiceret & fortitudinẽ: laudauit verò vt honestiorem, & venerabiliorem eam, quæ vnum quid dicit, & ad vnum semper dirigitur decretum.] Idem deinceps pluribus id demonstrat, ac etiam in Protectico. Et Orig. l. 4. cõtra Celsum, Suid. & Hesyc. ex Numenio. Et licèt S. Aug. id videatur inficiari l. 2. de doct. Christi c. 28. eo argumento, quòd non potuerit sacras scripturas legere, quippe quæ nec dum in græcam linguam translatæ fuissent; id non conuincit. nam cum in Aegypto vt ex eius etiam dialogis liquet, fuerit, potuit, & hebręam linguam perdiscere: Vel vt inquit S. Ambr. lib. de Noe, ab alijs, percipere qui legerant: Vel tertio, vt optimè Euseb. Cæsar. lib. 9. de pręparat. euang. cap. 3. Quia & iam sacræ litteræ ante LXX. interpretes in græcam linguam translatæ erant; refert enim ex Aristobuli lib. 1. ad Philometor. Καθηκολούθηκε δὲ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ὑμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. διηρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου ὑφ' ἑτέρων πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου, καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τά τε κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγωγὴν τῶν Ἑβραίων τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις· ὥστε εὔδηλον εἶναι, τὸν προειρημένον φι-

Cant. 8. 13.

φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά. γέγονε γὰρ πολυμαθὴς καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ᾽ ἡμῖν μετενεγκὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν. Νουμένιος δὲ ὁ Πυθαγορικὸς φιλόσοφος ἄντικρυς γράφει· τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων. Quæ verba mutile reddidit Trapezuntius: Desunt .n. sex integri versus in latina eius versione, quocirca ex integra fide ita reddenda sunt: Legē nostrā sequutus est Plato, & compertum est, singula quæ in lege dicta sunt diligenter exquisijsse. interpretata enim lex erat ante Demetrium sub alijs, ante Alexādri & Persarum imperium. Hæc enim ex versione ab Hebræis in Aegypto à nostris ciuibus facta, & clara notitia factorum omnium, & imperij regionis & totius legis interpretatio adeo eis constitit, vt liquido constet præfatum philosophum multa accepisse. Factus enim fuit multùm eruditus, quemadmodum & Pythagoras pleraque ex nostris dogmatibus in suis constitutionibus transferens. Numenius enim Pythagoricus philosophus apertè ait: quid enim Plato est, nisi Moyses attica lingua loquens?] Quæ fere lib. 13. c. 7. repetit, immo & Clem. Alexandr. lib. 1. Strom. cap. 6. ait: Νουμᾶς δὲ ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς, ἐκ δὲ τῶν Μωυσέως ὠφεληθεὶς, διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ Ῥωμαίους κτίζειν. Numa quidē Romanorū rex ex ijs quę à Moyse tradita sūt adiutus, prohibuit Romanis, ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem.] ergo ante quam LXX. Sacras litteras græcè interpretarentur, iam translatæ erant. Ex quibus optimè poterat Plato innumera excerpere.

XCV. προσέχοντες τῆς φωνῆς.] LXX. Vat. Et bibl. regia προσέχοντες τῇ φωνῇ σου. Recte, vt τῇ φωνῇ referatur ad προσέχοντες, προσέχω enim dandi casum postulat. Thucyd. lib. 1. οἱ προσχόντες τοῖς ναυτικοῖς. ps. πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. *Intende orationi meæ.* Psal. 15. 60. & iterum πρόσεχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου: *Attendit voci deprecationis meæ.* Psal. 65. 18. At cum in gignendi casu legat Matthæus, vt & ex scholis ipsis liquidò constat, potius cū ἀκούτισον nectenda est oratio, ac ita etiā orationē nectunt Theodoretus & Philo Carpat. Epis. Significat autem verbū istud ex Heb. קשב *casciau*, arrectis auribus, attenta mente & animo alicuius verba excipere: cum enim quis extra tumultum & turbam, in hortis seorsum à ceteris habitat, quieto pacatoque animo Deo seruiens, quasi inhabitet, data opera, iugiter seruit; hic arrectis auribus auditur ab amicis Dei. Angeli enim præsunt orationibus fidelium. Sed sponsus ipse vult audire vocem, non dicit fac vt amici audiant, sed fac me audire, adeo enim vult vt secretò, & ex intimo cordis Deum alloquatur, vt ne ipsi quidem Angeli licèt arrectis astent auribus, eum percipiant. Solus vult gaudere, *Et in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Prou. 14 10.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Numerus paginam, a, primam, b, ſecundam columnam ſignificat.



Dei

E

Feruo-

M

N

O

P

R

Saba

INDEX

S

T

190

INDEX
GRAECARVM
VOCVM
QVAE IN HOC OPERE EXPLICANTVR

INDEX

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

GENESIS.

EXODI.

LEVITICI.

NVMERI.

DEVTERONOMII.

IOB

IOB.

PSALMORVM.

PROVERBIORVM.

Date

ECCLESIASTES.

CANT. CANTICORVM.

SAPIENTIAE.

ECCLESIASTICI.

ESAIAS.

MICHEAE.

HABACVC.

AGGEI.

ZACHARIAE.

II. MACHABAEORVM.

MATTHIAE.

Ingre-

LOCOR. S. SCRIPTVRAE.

ERRATA.

Pag. 2. col. 2. lin. 27. σιγκινωσκέτω leg. συγγινωσκέτω p. 12. cap. 2. postil. Luc. 15. leg. Matth. 1. 6. pag. 26. cap. 4. c. a. Cant. l. Scholia 28. v. 3. c. a. sicut fragmen l. sicut cortex 40. c. b. v. 8. lin. 3. ισκύσεσι, ἰσχύσεσι 48. c. b. lin. antepenul. αὐτῷ leg. βασίλισσαι, καὶ παλακαὶ αἴνεσι αὐτῷ. 63. v. 13. postil. Vulg. Qui. leg. Quæ. pag. 83. col. b. lin. 46. lib. 1. spiritu leg. lib. 1. de spiritu pag. 85. col. b. num. 20. lin. 9. hærrebam leg. hærebam pag. 91. col. a. lin. 17. Vatabl. leg. Vatican. 113. c. a. lin. 50. idolatriæ leg. idololatriæ 115. col. b. lin. 3. a fin Charmidi leg. Chramidi 124. col. b. lin. 21. cogitione leg. cognitione 127. col. a. lin. 26. Stab. leg. Strab. 131. c. b. lin. 4. a fin. δυώμι leg. δυώαμι 143. c. a. lin. 48. proprius leg. propius 149. c. b. lin. 39. cœpit leg. cepit 152. c. b. lin. penul. exstati leg. ecstasi 153. c. b. lin. 41. circumfulxit leg. circumfulsit 157. col. b. lin. 39. deest postil. Eccli. 6. 6. 160. c. a. lin. 3. quædam leg. quædam est 162. c. b. lin. 9. Sribe leg. Scribe 167. c. a. lin. 39. iacuierit leg. iacuerit 174. c. a. lin. 39. extractam.] adde: Ad formam vtiq. triumphalis curtus. Zonar. lib. 2. Annal. de triumpho M. furij Camilli. τὸ δὲ δὴ ἅρμα ὔτε ἀγωνιστηρίῳ, ὔτε πολεμιστηρίῳ ἦν ἐμφερὲς· ἀλλ' εἰς πύργου περιφεροῦς τρόπον ἐξείργαστο. Currum conscendebat triumphator, qui neq. bellico, neq Circensi currui, sed rotundæ turri efformato assimilis erat.]

